28. Tuetur tugurium *à* tumultu tunc, *cùm nè* tundaris *non defendit picta* tunica.

29. Turba *sæpe tantas* turbas *excitat, ut* turbine *sit molestior, & non raro itâ* turget, *ut multæ* turmæ *eorum seditiones* turpes *non sedent, nec* turres *eos terreant,* turturibus *absimiles.*

30. *Qui* tussim *ferre non potest, est* tiro.

tion, (*somtimes dancing*) *and they were so sad, that saw this wheat, that had been purged by threshing, falling down, that they expected not triumph.*

26. *Let a ladle bee given to him, not the scales of Justice, who is so cruel, that hee delight's in putting* (*thrusting*) *men to death.*

27. *Dost thou not see, how a trumpet, a bunch, or a mushrom; and a conduit pipe, are formed from swelling?*

28. *A cottage defend's from a tumult then, when an embroidered coat cannot keep thee from beeing knocked.*

29. *A tumult or multitude of people oft stir up so great troubles, that it is more troublesom then a whirlwinde, and oft so swell's, that manie bands of men are not able to appeas their base seditions, nor towers to affright them, beeing unlike turtle-doves.*

30. *Hee that cannot endure a cough is a fresh-water souldier.*

V.

1. VAcca *fera* vacerris *includitur.*

2. Vacillabunt, *qui vino totos dies* vacant; *nec* vadere *poterunt, nec ut in* vado *sint eorum res, satis* vafri *erunt.*

3. Vaginam *videns timidus* vagit, *nam* vagam *sententiam habet.*

V.

1. *A Wilde cow is incloſed with rails.*

2. *They will reel, who sit at the pot* (i.e. *who are at leasure, or emptie for the pot*) *whole daies; nor will they bee able to go, nor will they bee craftie enough that matters should bee well* (i.e. *in a ford*) *with them.*

3. *A coward seeing a sheath of a sword crie's like a childe, for hee hath not a steadie minde.*

4. *I am exceeding well, though I am one that have my legs bowing outward.*

4. Valdè valeo, *quamvis sim* valgus.

5. *A vallie is as good as a trench, if it bee fortified with ſtakes ſet in the ground, and with two-leaved gates.*

5. Vallis *eſt inſter* valli, *ſi muniatur* vallis *&* valvis.

6. *If thou ſhouldeſt purge a vain fellow with a fan, thou wouldeſt finde him no better then a vapor, or wine that hath loſt it's ſtrength, and wouldeſt bid, that hee ſhould bee beaten.*

6. *Si* vanno vanum *purgares, non* vapore *aut* vappâ *utiliorem invenires, & ut* vapulet, *juberes.*

7. *I will put on a gown of divers colors for the ſake of hiding the crooked ſwoln veins in my legs, and that I may not ſeem to bee crook-legg'd inward.*

7. Vario *colore togam induam*, velandorum varicum *gratiâ, & nè videar eſſe* varus.

8. *I had rather bee a veſſel to him, then give my ſelf a ſuretie for him, that is an ill husband, (i. e. make's vaſt expenſes) for, as a Prophet, I ſee what things will bee with him.*

8. *Mallem* vas *eſſe ei, quàm* vadem *me dare pro eo, qui* vaſtos *ſumptus facit; nam ut* vates *video, quæ ſunt futura ei.*

9. *What is more fertil then a moiſt dug?*

9. *Quid eſt* uberius ubere udo?

10. *Bee not out of heart, but fierce, O skirmiſhers, that ride (carried) on horſ-back: for why ſhould they deſpiſe you (pluck your beard) who are covered or cloathed with the fleece of wooll, when they ſee you not ſwift, but as they that forſake the floating ſails?*

10. *Non* vecordes, *ſed* vehementes *eſſe* vecti *equo* velites: *cur enim* vellerent *vobis barbam*, vellere velati, *cùm vos non* veloces *viderint, &* velut vela *fluitantia deſerentes?*

11. *The veins do not challenge as their right the poiſon, that is ſold by them, who worſhip and crave pardon of Apollo.*

11. Venæ *non* vendicant *ſibi* venenum, *quod* venditur *&* venit *ab iis, qui* venerantur *&* veniam *precantur ab Apolline.*

12. *Hee that com's to hunt, to fill his bellie, the winde help's him, nor as hee is in hunting doth Venus or luſt trouble him.*

12. *Qui* venit venatum, *ut* ventrem *expleat,* ventus *ei operam dat, nec inter venandum* Venus *moleſtat.*

13. *The ſpring make's the brambles to grow green, as alſo hellebore.*

13. *Ut* vepres *vireſcant facit* ver, *ut &* veratrum.

14. Verbera

14. Verbera *non* verba veretur, *&* vergit *ad terram, ut* vermis, verna.

15. Verpus *faſtidit* verrem, *quamvis non in* verruca *ſaginatum*, *nec* verrucas *in corpore habentem*; *impuritatem à ſe* verrit; *eſt tamen omnibus aliis* verſutior, *& in omnes ſpecies celeriùs quàm* vertex, *mentem* vertit, *ſed* veru *toſtum edit* vervecem, veram *Religionem ſpernens.*

16. *Dicitur* veſci, veſicam *non habens* veſpa, *muſcis*, *quas* veſperi *venatur.*

17. *In* veſtibulo *ſunt clientum* veſtigia, *antequam* veſtes *patronus induerit.*

18. Vetentur veteres *milites* vexillum *flagitare, nam hoc totum exercitum* vexabit.

19. *Tota errat viâ, qui putat, poſterorum honori* vibicem *eſſe, enſem* vibrantem.

20. *Cur ejus* vices *timerem, qui* vicies vicias *jumento dedit, ut caderet gratior* victima *in* vicis?

21. Videlicet *non* videmus *id, quo* vidui *ſumus.*

22. *Quid ſi* vicas, vigeas *tamen licet, & quamvis* vigil viginti *annos fueris, nè te* viliorem

14. *The ſlave fear's ſtripes, not words, and bend's towards the earth, as a worm.*

15. *A circumciſed Jew loathe's the tame boar, though hee bee not fed on the high places of the mountains, nor have warts in his bodie; hee bruſheth away all uncleanneſs, yet is hee more craftie then all others, and turn's his minde into all forms more ſwiftlie then the whirlwinde (ſomtimes the crown of thè head, or top of anie thing) but eat's the wether roaſted on a ſpit, deſpiſing the true Religion.*

16. *The waſp, having no bladder, is ſaid to eat the flies which ſhee get's in the evening.*

17. *The foot-ſteps of clients are in the porch, before that the Lawyer hath put on his cloaths.*

18. *Let old ſouldiers bee forbid to deſire to bee caſhiered (to deſire the banner) for this will afflict an whole armie.*

19. *Hee is quite out, (i. e. err's the whole waie) who think's him that brandiſheth a ſword is a diſcredit (a print of a ſtripe black and blue) to the honor of poſteritie.*

20. *Why ſhould I fear his fortune, (turn) who give's vetches twentie times to his beaſt, that it might bee ſlain as the more acceptable ſacrifice in the ſtreets?*

21. *Truly wee ſee not that, of which wee are bereft.*

22. *What though thou bee a cooper (binde with Oſiers) yet thou maieſt flouriſh: and although thou haſt been a watch-man twentie years, yet think not thy*

thy ſelf baſer then thoſe that poſſeſs mannor-houſes, and ſheep cloathed with woull, or manie hairs.

23. They are bound that are conquered: but the conquerors while they bee revengers of former wrongs, drink wine, as if it were vintage in the vineyard.

24. The violet was given to Io for food, after ſhee was defloured by Jupiter.

25. The viper bring's forth in a violent waie; a man excel's in ſtrength; a virgin flouriſheth, or is green, or is a woman of green age; a rod rule's by force; virtue is properly fortitude; poiſon overcom's thoſe that eat it, by it's ſtrength; birdlime hold's by force; wee eat the humbles or bowels as a delicate meat.

26. A vine hath life, yea and a fault too, yet not that which is to bee avoided by men.

27. If moſt fathers-in law were more to bee ſeen through then glaſs, they would not bee ſo much in our books, that wee ſhould ſatrifice calvs for them, having garlands on our heads, but wee would diſpraiſ them, and ſcarcely praie that they might live.

28. God was revenged of the Egyptians by biles and a peſtilent moiſture of the earth; their children died in the arms of their fathers, and vengeance had gon further, and had not ceaſed to run up and down hither and hither, if they had not let the Iſraelites go; which when they had don, they howled like owls.

putes villas, & oves villis veſtitæ poſſidentibus.

23. Vinciuntur, qui vincuntur: victores autem, dum ſunt priorum iujuriarum vindices, quaſi vindemia in vineâ fieret, vinum bibunt.

24. Viola dabatur Io in pabulum poſtquam violata eſſet à Jove.

25. Vipera vi parit; vir viribus præſtat; virgo quaſi viret, vel eſt mulier viridiore ætate; virga vi regit; virtus proprie est fortitudo; virus edentes vi ſuâ vincit; viſcus vi retinet; viſceribus veſcimur tanquam cibis delicatioribus.

26. Vitam habet vitis, itaq; & vitium, non tamen id, quod ab hominibus vitandum.

27. Si plerique vitrici vitro eſſent pellucidiores, non eſſent tam grati, ut vittis coronati vitulos pro iis ſacrificaremus, ſed vituperaremus, & ut viverent vix optaremus.

28. Ulciſcebatur Deus Ægyptios ulceribus, & peſtiferâ uligine; moriebantur pueri in ulnis patrum, & ultra proceſſiſſet vindicta, & curſare ultro citróque non deſtitiſſet, niſi Iſraëlitas dimiſiſſent; quo facto, ululârunt ululæ.

29. Umbilicus & umbo, *ſi eminent*, umbram *faciunt*.

30. Una uncia *auri valet multis ferreis* uncis, *qui rubiginem trahunt in* undis, *niſi oleo* ungantur.

31. *Homines habent* ungues, ungulas *autem animalia quæ non habent digitos*.

32. *Si* volis volvendis volare *poſſemus, non majorem* vellemus voluptatem.

33. *ut* vomica *pus* vomat, *non* vomere *ſed ſcalpro utimur*.

34. Vorant, *ut* vorago, *ſacerdotes, quicquid* vovet vox *tua diis*.

35. Upilio *non curat* upupas,

36. *Qui in* urbe *degunt, vix ſciunt, quid ſit* urbum.

37. Urget urina urinantem, *qui ſubit aquam, & rurſus emergit, ut* urna.

38. Urit *peſtilentia, ut* urſa *catulis orba*.

39. *An* uſpiam *vel* uſquam *inveniuntur, qui* uſque *ad mortem pœnitentiam procraſtinant?*

40. Ut *ex eodem* utre *bibentes amant ſe invicem, ſic* utinam utrique *noſtrûm, qui eodem* utero *concepti ſumus, mutuo amore* uteremur.

41. Uvæ *ex* uvida *terra naſcuntur*.

29. *The navel and the boſs of a buckler, if they ſtand out, give a ſhadow.*

30. *One ounce of gold is worth manie iron hooks, which grow ruſtie in the water or waves, unleſs they bee annointed with oil.*

31. *Men have nails, but living creatures, that have not fingers have hoofs.*

32. *If wee could flie by turning the palms of our hands, wee ſhould not wiſh for greater pleaſure.*

33. *That an impoſtume may ſend out corruption, wee do not uſe a plough-ſhare, but a Surgeon's lance.*

34. *The Prieſts devour, even as a gulf, whatever thy voice vow's to the gods.*

35. *A ſhepheard doth not keep lapwings.*

36. *They that live in the Citie, ſcarce know what the crooked plough tail is.*

37. *The urine or piſs trouble's a diver, who go's down into the water and com's up again like a pitcher.*

38. *The plague devour's (burn's) like a bear bereaved of her whelps.*

39. *Are they found anie where, who put off repentance even till death?*

40. *As they that drink out of the ſame bottle, love one another, ſo I would to God that both of us, who were conceived in the ſame womb, might exerciſe (uſe) love one to another.*

41. *Grapes grow out of the moiſt earth.*

42. Th

42. *The common people, while they are in tumults, fear not wounds, and having not the craft of a fox, expose themselves to their enemies as to ravenous vultures, not regarding the ſad countenances either of them that conceived them in their wombs, or of their wives.*

42. Vulgus, *dum volvitur*, non vulnera *pertimeſcunt*, & vulpis *aſtutiam non habentes*, *hoſtibus ſuis quaſi* vulturibus *rapacibus ſe exponunt*, vultus *triſtes earum*, *quæ* vulvis *ſuis eos conceperunt*, & uxores *negligentes*.

A D

AD LECTORES ERUDITOS PRÆFATIO.

Cognitum Scholis non satìs fuisse verum & genuinum linguas tradendi modum hactenus, res ipsa loquitur. Consenescebant plerique qui se dediderant literis, circa vocabula. Soli Latinæ linguæ decem & plures anni tribuebantur; imò tota ætas tardissimo, eóque exili & opera-pretium non refundente profectu. Questi id sunt jampridem viri magni, Vives, Erasmus, Sturmius, Frischlinus, Dornavius, *alii; quorum satìs luculentæ de eâ re prostant querelæ, non item radicitus malum tollentia remedia. Ideò excellentiora ingenia* Scaligerorum, Lipsiorum, *&c. vulgari illâ infeliciter tritâ viâ relictâ, per devios quosdam, directiores tamen tramites, ad linguarum & scientiarum fastigia feliciter enixi sunt. Verùm enim verò paucis illi vestigia sua quâ sequendi essent, commonstrârunt: nec cujusvis est propriâ indagine insueta tentare, aut (quod aïunt) nare sine cortice. Quo factum, ut scholæ ataxias suas (quicquid seculi felicitatem & literarum lucem jactârint) majori ex parte retinuerint hactenus. Distinebatur nimirum, imò distendebatur juventus, præceptionibus Grammaticis infinitè prolixis, perplexis, obscuris, majorem partem inutilibus, annis aliquot: hæc prima crux. Tum per eosdem annos effarciebatur vocabulis rerum sine rebus; id est, nec res, vocibus illis exprimendæ (quò facilior, firmior, & evidentiori cum utilitate impressio fieret) monstrabantur, nec vocum junctura, cuivis linguæ propriæ, ostendebantur: manifesto utrinque errore. Voces enim, quia rerum signa sunt, his ignoratis, quid significabunt? Noverit puer millies millena vocabula recitare, si rebus applicare non novit, quem apparatus iste usum habiturus est? E solis etiam separatis vocabulis orationem exurgere posse qui sperat, idem speret arenam in manipulos colligari posse, aut è cæmento murum erigi absque calce. E vocabulariis igitur & Dictionariis Linguæ Latinæ studium nimis est impeditum. Sed mederi animadversis incommodis putantur autores boni, magnorum consilio virorum in Scholas introducti:* Terentius, Plautus, Cicero, Virgilius, Horatius, *&c. tum quia cum linguæ cognitione, variarum simul rerum notitia indè acquiri, tum quia castissima Romani sermonis puritas*

ritas ex antiquis illis ſcriptoribus, tanquam ex vero fonte, ſecuriſſimè hauriri poſſit. At verò inſtitutum hoc, ut plauſibile, ità maximè incommodum eſt. Primò enim tot Autores, quot requiruntur, comparare, cujuſvis fortuna non permittit. Deinde ad horum Autorum (plerumque ſublimiora quàm pro pueritiæ captu, & à noſtro uſu aliena tractantium) tam vaſta volumina juventutem adigere, eſt cymbam, exiguo ludere cupientem lacu, in Oceanum vaſtum vel æternis jactandam erroribus, vel abſorbendam fluctibus, vel certè ſine ullo fructu reddendam littori propellere. Ad hæc ſi maximè quis omnes iſtos perrepiet, reperiet tamen ſe finem ſuum (ſufficientem videlicet linguæ cognitionem) non aſſecutum, quia autores illi materias omnes non tractârunt; & ſi tractâſſent omnes illorum temporum, noſtras tamen nec nôſſe nec tractare poterant: ut neceſſariò tandem alii plures, antiqui & recentiores (rei nimirum Herbariæ, Metallicæ, Ruſticæ, Militaris, Architectonicæ, &c, ſcriptores quos in ſui Nomenclatoris præfatione recenſet Friſchlinus) *adjungendi, legendi, & relegendi forent: quibus certè cumulandis non facilè reperiretur finis. Denique, ſi quis linguæ diſcendæ gratiâ tot tranſmittat annos, ecquando ad realia veniet? Quando ſanioris Philoſophiæ cognitione imbuet animam? Quando in ſacroſanctæ Theologiæ adyta intrabit? vel Medicorum arcana perquiret? vel Juriſconſultorum volumina evolvet? Quando ad finem ſtudiorum perveniet? &, quod majus, quando tam anxiè quæſitæ eruditionis praxin in Eccleſiæ & Reipub. bonum exercebit? Certè vel (propter vitæ hujus brevitatem) nunquam, vel ſerò admodum, ſentietque vitam præparationibus vitæ conſumptam eſſe. Omnium itaque votis optandum erit, Epitomen aliquam linguæ totius ità conſtrui, ut omnes quotquot habet voces & phraſes, in unum redactæ corpus, brevi temporis ſpatio, laboréque exiguo perceptæ, facilem, jucundum, tutum, ad reales Autores tranſitum præſtent. Verè enim D.* Iſaacus Habrecht *ſcripſit (ſed quod minùs prudenter quidam ad Dictionaria trahit)* Quemadmodum, *inquit*, multò facilius eſſet viſu dignoſcere omnia animalia, viſitando arcam Noe, continentem ex omni genere bina ſelecta, quàm peragrando totum terrarum orbem, donec caſu in aliquod animal quis incidiſſet: eâdem prorſus ratione, multò faciliùs omnia vocabula addiſcentur ex *Epitome Linguæ*, in qua fundamenta omnium continentur, quàm audiendo, loquendo, legendo, donec caſu in tot vocabula quis incidat. *Animadvertit id paucis abhinc annis è Jeſuitis non nemo, qui uno faſce complexus linguam Latinam totam, vulgavit (ſub titulo Collegii Hybernici Salmanticæ Hiſpaniarum)* Januam Linguarum *Latinè & Hiſpanicè: ubi ſententiarum duodecim centuriis comprehenſa ſunt omnia uſitatiora Latinæ linguæ vocabula, eóque modo diſlocata, ut nullum eorum (exceptis particulis, ſum, ex, in, &c.) ſemel poſitum recurrat, unumquodque tamen in dubia conſtructione, & phraſi decora audiatur.*

PRÆFATIO.

Hæc inventio quamprimum Anglis visa fuit, approbata, commendata, & loquelâ Anglicanâ aucta, atq; Anno 1615. typis vulgata fuit. Quam biennio post D. Isaacus Habrecht Argentinensis, Germanus, Gallicæ linguæ adjectione auxit, & ibidem quadrilinguem edidit: in Germaniámq; reversus, Germanicam quoque adjunxit versionem, virè eam linguas docendi & discendi rationem commendans. Compendiosissimam enim, certissimam, utilissimam, & nunquam satis laudatam appellat. Cujus rei suffragatores reperit facilè multos. Nam & typis, variis Germaniæ locis edita est; & distracta avidè, & in Scholas quasdam non incelebres introducta, & Anno 1629. octilinguis luci exposita.

Hæc cùm ad meas quoque venisset manus, avidè & ingenti cum voluptate semel & iterum perlegi, impensè juventuti gratulans, quòd certiora indies imbecillitatis subsidia Divino munere concedantur. Verùm paullò post, attentiùs eam cum scopo suo conferens, dubitare cœpi, num præstaret quod promittit: tertiatáque accuratiore cum judicio lectione deprehendi, jure titulum tueri non posse. Quod verè & absque invidia dici inde palàm faciam, quòd Januæ non præstet usum.

Janua *enim domûs, annon foris adventantes intromittit? Ità sanè. Hæc autem patrum Hybernorum Janua tironibus in Latinitatem aliunde introducendis aut parùm, aut nihil confert. Triplici id evincitur ratione: Primò etenim, nonnulla Vocum pars, quas quotidianus requirit usus, hic desideratur: è contra insolentia multa, tironum captum & usum excedentia, depromuntur. Quam ob causſam rectè nonnulli judicant,* Jesuiticam hanc Januam non tam ad instituendos linguarum tirones, quàm ad explorandos aliquousque progressorum, imprimis autem Sciolorum, in Latina lingua profectus adhiberi posse. *Isthác verò ratione non Januæ, sed Postici, obtineat nomen. Alterum desidero, quòd cùm singulæ Voces non nisi semel ponuntur, etiam polysemæ & homonymæ (quarum Latina lingua bene multum habet, ut & idiomata cætera) non nisi semel. Quomodo igitur ab hac linguarum Janua in Autorum lectionem mittetur (is enim Januæ scopus) Latinitatis tiro, qui tot vocum alias atque alias significationes ignorabit? Et verò (quod tertiò, & quidem potissimùm desidero) posuisset saltem unamquamque vocem in principali, id est, primo, simplici nativóque suo significatu; reliqua indè sagax ingenium odoraretur faciliùs. Factum autem id non est. Pleræque voces translatè usurpantur, Metaphoricè, Metonymicè, aut Synecdochicè: utpote cùm sententiarum elegantiam plerubique captârit Autor. Tacebo multarum sententiarum informitatem, quæ neque moribus, neque constructioni ullum præbent usum, imò sensum nullum habent, ut ipsa verba quomodo inter se conveniant, mirari queant. (Exempli gratiâ, 360. Artifici compedes impinguntur suæ, 623. Vadem in crassulo clàm confectum comperi 733. Occasus domini attigit limen. 953. Has dictionum telas postbumus nevit, &c. & similes.)*

Sed quia Patres isti tale hoc totius linguæ compendium primi tentârunt; quod inventum est gratè agnoscimus; quod erratum, condonamus benignè. Et quia inventis addere, ut & unius inventi occasione invenire aliud non æquè difficile; quidni aliquid Plus ultra *moliamur? Suasit id certè doctissimus, & de Scholis perquam meritus Vir* D. Rhenius, *ut si quibus nostrorum fortè plus otii suppetit, aliquid accuratiùs effingendi non detrectarent laborem. Sed admovisse aliquem manum nondum constat. Quò factum, ut ego, è postremis licèt minimus, experiri, & quod ibi desiderabam, suppletum ire animum induxerim. Non certè ullâ ingenii aut eruditionis (cujus mihi umbram vix esse & ultro agnosco & deploro) fiduciâ, nec quòd nimis otio abundarem, sed unicè Juventutis commoda promovendi desiderio promotus. Quid autem hîc vel præstiterim, vel præstare voluerim, silentio prætereundum non est; sed ut Tironum informationi, ità Eruditorum censuræ exponendum.*

1. *Principio, quia mihi inter immotas Didacticæ leges hæc est, ut Intellectus & Lingua parallelæ decurrant semper, & quantum quis rerum apprehendit, tantum eloqui consuescat, (nam qui intelligit quod exprimere nequit, à muta statua quid differt? dare autem sine mente sonos, psittacorum est:) necessariò faciendum putavi, ut rerum ipsa universitas per classes certas, ad pueritiæ captum, digereretur, eóque modo id quod sermone exprimendum est, (Res ipsæ) imaginativæ parti primùm imprimeretur. Factum itaque est, & enati sunt mihi centum communissimi tituli.* 2. *Proxima inde cura fuit, evolvendo lexica, usitatiora seligere, & ad exprimendas res, quibus significandis vel primùm inventa, vel post adhibita fuerunt, ità digerere, ut nihil necessarium omitteretur, nihil nisi suo loco quærendum relinqueretur. Redacta igitur sunt circiter* 8000 *vocabula in periodos mille, quas primùm breviores, & non nisi unimembres, post longiores & plurimembres formavi.*

Quia verò Ciceronis testimonio didicimus, Multùm referre puerorum à primis statim annis, ad proprietatem vocabulorum assuefieri: Propria autem vocabula sunt (ut Aug. l. 1. de doctrina c. 10. inquit) cùm his ipsis rebus significandis adhibentur, propter quas inventa sunt: *anxiè prorsus in id elaboratum est, ut primo puerorum conceptu omnes voces proprio & nativo significatu extarent, exceptis paucis quæ vel proprium amisisse usum deprehenduntur, vel propria Latina, quibus vernacula exprimerentur (ad hanc enim respectus fuit perpetuus) decrant.*

3. *His positis metis, juxta & Hybernorum secutus Januam, non nisi semel quamlibet posui vocem, Homonymis exceptis, quorum si diversa significatio exprimenda fuit diversis locis (in diversa nempe materia) omninò repetenda fuerunt. De connexivis particulis (&, sed, quia, omnis, &c.) nemo, spero, litem movebit.*

4. *Synonyma*

4. *Synonyma & contraria plerumque juxta invicem posui, atque ità coordinavi, ut alterum alterius genuinum recludat sensum. Eorum tamen Synonymorum, quæ eandem prorsus rem significant, nec vernaculè nisi unâ voce redduntur, alterum parenthesi quadratæ, & diversis literis inclusum appositi: ut periodo* 40. *Luciferum* [Phosphorum] *q.* 135. *Helenium* [inula] *p.* 581. *Sapone* [Smegmate] *&c.*

5. *Et ut Grammatica quoque subsidium haberet, ità vocum connexionem instituì, ut non solùm syntactica constructio, sicubi à vernaculâ recedit, sed & Etymologicum aliquod accidens* (Genus, Declinatio, Conjugatio, *&c.*) *innueretur. Exempli gratiâ: E periodo* 169. (Haleces salitas nobis afferunt) *facilè puer* halecem *g. f. esse meminerit. E periodo* 410. (quis iis vescatur?) Vesci *non Accusativo, sed Ablativo jungi, observabit, &c.* 6. *Vernaculam Latinæ ità aptavimus, ut non solùm utriusque omnia themata cum potioribus derivatis & compositis, quoad fieri potuit, nativo sensu extarent; sed & surgentes indè tropi postmodum, veluti face adhibitâ, ultro queant intelligi. Seorsim autem vernaculum textum primâ hac voce* (quum non omnibus, quorum judicia exploratum nunc imus, usui esse posset) *excudi curavimus.*

7. *Indeculam vocum Latinarum, ut Patres Hyberni fecerunt, etiam adjunximus, idem facturi in posterum in vernaculis linguis, ut & granioris operæ, & majoris usûs, molimur,* Lexicon Etymologicum, *quod appellationum omnium rationes reddat, tum origines ipsorum thematum* (*sive ex Latinis, sive è Græcis Hebræisque fontibus*) *detegendo, tum derivatorum seriem, novâ, succinctâ, facili ratione, ob oculos ponendo; Addituri quoque phraseologiam brevem & accuratam: tractatum item de Homonymis, Paronymis, & Synonymis, utilissimum: & denique Grammaticam ad compendiosam facilitatem, celerémque praxin, ex veris naturalis didactica legibus concinnatam: adeóquo didacticæ ipsius pro docentibus & discentibus Synopsin. Quæ omnia uno compresa volumine, thesauriolum quendam primæ scholasticæ eruditionis repræsentare possent.*

Habituri itaq; videmur Januam linguarum *solidis* (*rerum ipsarum*) *postibus bene firmatam, volubilibus* (Lexici) *cardinibus expeditè aperiendam, præsentaneâ* (Grammaticæ) *clave promptè reserabilem; tamdiu nunquam habituri, quamdiu non est ab excellentioribus ingeniis consummatius aliquid subministratum fuerit. De quo ut nihil dubitem, faciunt non tam Glaumii & Glaumianorum magnifica illa, Orbi nota, promissa* (de quibus re ipsâ nihil dum constat) *quàm fervidus ille multorum in struendis didacticæ fundamentis ardor & æmulatio. Quinimo ipse jam exquisitiora his video: quia tamen in eis concinnandis totum prope triennium* (quis facilè credat tantillam opellam tanti constitisse?) *consumptum est, nec demoliendis funditus & construendis ab integro otium suppetit, eâ quâ jam adornata sunt facie, luci exponere placuit: si non*

aliâ ſpe, certè ut aliquis uberiore ingenio & doctrinâ inſtructus, vel ab his noſtris etiam acepto ſtimulo, plus aliquid audeat. Novum itaque iterum tentâſſe vadum, novam fregiſſe glaciem ſatis eſto.

Viſum autem eſt Seminarii *potiùs inſignire nomine opellam hanc, quia Rerum & ſermonis par hîc cura; illúdque enixè quæſitum, ut & confuſum rerum chaos, diſtinctionis aliquam lucem in ſapientiæ tironum oculis nanciſcatur, & Vocum Phraſiúmque infinitæ congeriei, certæ ſubſternantur radices: eóque modo primi & fundamentales totius Eruditionis, Morum & Pietatis formentur conceptus. Hic inquam ſcopus fuit quem attigiſſe tantum abeſt ut glorier, ut primus etiam defectus agnoſcam & confitear. Veniæ autem apud cordatos ſpem facit* Horatius. *Opere in magno (etiam parvo, minutiarum pleno) fas eſſe obrepere ſomnum, autumans. Et verò quid unquam ſimul effloruit & maturuit?*

Qua de cauſa Typographos rogatos & monitos volumus, nè, ſi cui recudere libellum allubeſcat, id autoribus inconſultis præſumat: futurum enim ſperamus, ut limatius reddatur propediem opuſculum, adjunctiſque illis quæ innuimus, nitidiùs prodeat.

Interim verò utinam aliquis eximiè doctus, Latinæque linguæ potens exerari queat, ut hac eâdem vel ſimili methodo, eaſdem materias plenius pertractare, Claſſicorúmque autorum phraſibus non jam ampliùs propriè ſolùm, ſed eleganter inſuper & nervosè omnia eloqui, docere velit! Ita fieret ut amœniſſimum univerſitatis rerum, puræque Latinitatis Viridarium, collectúmque pretioſiſſimæ Scholaſticæ eruditionis Theſaurum juventus ſtudioſa haberet.

Faxit Deus, ut omnes audeamus aliquid publici boni zelo!
Scribebam in exilio, 4. Martii, Anno 1631.

J. A. Comenius.

Januæ Latinitatis Veſtibulum.

VEnite pueri.
Diſcite latinam linguam.
Pulcram & elegantem.
Comprehendite.
Pro veſtro captu.
Et varias res,
Sapientiæ ſemina.
Deus vos juvabit.
Præceptores amabunt.
Alii laudabunt.
Ipſi gaudebitis.
Si principium difficile.
Medium erit facile.
Finis jucundus.

The Portal to the Gate of Tongues,

COm yee children.
Learn the Latine tongue.
Beeing neat and elegant.
Comprehend yee it.
According to your capacitie.
And thoſe divers things,
Beeing thee ſeeds of wiſdom.
God will help you.
Maſters will love you.
Others will praiſ you.
Your ſelvs ſhall rejoice.
If the begining bee hard.
The middle will bee eaſie.
The end pleaſant.

CAP. I.

De accidentibus rerum.

DEus eſt æternus.
Mundus temporarius.
Angelus immortalis.
Homo mortalis.
Corpus viſibile.
Spiritus inviſibilis.
Anima itidem.
Cœlum eſt ſupremum.
Aër medius.
Terra infima.
Nubes eſt remota.
Nebula propinqua.
Locus eſt magnus aut parvus.
Tempus longum aut breve.
Alea lata vel anguſta.
Domus ampla vel arcta.
Montes ſunt alti.

CHAP. I.

Of the accidents of things.

GOd is eternal.
The world "temporarie. "Enduring but for a time.
An angel is immortal.
Man is mortal.
The bodie is viſible.
The ſpirit is inviſible.
The ſoul likewiſe.
Heaven is the higheſt.
The air the middlemoſt.
The earth the loweſt.
A cloud "is afar off. "Removed
A man neer.
A place is great or little.
Time is long or ſhort.
A court-yard is broad or narrow.
A houſ large or ſtraight.
Mountains are high.

Vallies deep.
Hillocks lifted up.
A cottage is low.
A tower high.
A fir-tree tall.
A river is ſhallow or deep.
A thred is ſlender (ſmall.)
A rope thick.
A reed is hollow.
Wood is ſolid.
A hole is void (empſie.)
A chimnie full of ſmoak.
A line is ſtreight or crooked.
An out-ſide rough or ſmooth.
A weight heavie or light.
A number even or odd.
A bowl is round.
A pillar is long and round.
A table four-ſquare.
X hath the form of a croſs.
A peacock is beautiful.
An ape ill favored.

Colors.

Chalk is white.
A board is black.
Vermilion is red.
Brimſtone of a pale yellow.
Graſs is green.
The firmament blue.
Glaſs is perſpicuous.
A plank duskiſh.
Water is troubled or clear.

Savors.

Honey is ſweet:
As alſo ſugar.
Gall is bitter.
Vinegar tart.
Salt briniſh.
Pepper is ſharp.
An unripe apple ſowr or unpleaſant.

Smelling.

¶ Odor. *A ſmell is ſweet.*

Valles profundæ.
Colles elevati.
Caſa eſt humilis.
Turris excelſa.
Abies procera.
Fluvius brevis aut profundus.
Filum eſt tenue (ſubtile.)
Funis craſſus.
Arundo eſt cava.
Lignum ſolidum.
Foramen eſt vacuum (inane.)
Caminus plenus fumi.
Linea eſt recta vel curva.
Superficies aſpera vel lævis.
Pondus grave aut leve.
Numerus par vel impar.
Globus eſt rotundus.
Columna teres.
Menſa quadrata.
X habet formam crucis.
Pavo eſt formoſus.
Simia deformis.

Colores.

Creta eſt alba.
Tabula nigra.
Cinnabaris rubra.
Sulphur luteum.
Gramen viride.
Firmamentum cæruleum.
Vitrum eſt pellucidum.
Aſſer opacus.
Aqua turbida vel clara.

Sapores.

Mel eſt dulce:
Sicut & ſaccharum.
Fel amarum.
Acetum acidum.
Sal ſalſum.
Piper acre.
Immaturum pomum acerbum vel auſterum.

Odores.

Odor eſt ſuavis.

Fœtor

Fœtor teter.	*Stink unſavorie.*
Aliæ qualitates.	Other qualities.
Lutum eſt humidum.	*Claie is moiſt.*
Pulvis ſiccus.	*Duſt drie.*
Oſſa dura.	*Bones* are *hard.*
Caro mollis.	*Fleſh ſoft.*
Glacies lubrica.	*Ice* " *brittle.* " Or ſlipperie.
Pruna eſt calida & candens.	*A live cole is warm and glowing.*
Carbo frigidus & ater.	*A dead cole cold and black.*
Nos incedimus veſtiti.	*Wee go clothed.*
Indi nudi.	*The Indians naked.*
Unicornus eſt ferum animal.	*An unicorn is a fierce* " *beaſt.* " Or living creature.
Vacca manſuetum (cicur.)	*A cow gentle (tame.)*
Leo ſævum.	*A lion is cruel.*
Ovis mite.	*A ſheep quiet.*
Conviva eſt hilaris.	*A gueſt is merrie.*
Locus amœnus.	*A place delicious.*
Amicitia jucunda.	*Friendſhip pleaſant.*
Nunci m lætum.	*Good news is joieful.*
Omnia illa grata & accepta.	*All theſe welcom and acceptable.*
Locus eſt commodus vel incommodus.	*Place is* " *fit or unfit.* " Convenient or inconvenient.
Tempus opportunum vel importunum. (tum.	*Time ſeaſonable or unſeaſonable.*
Inſtrumentum aptum vel inep-	*An inſtrument is fit or unfit.*
Perſona idonea vel inidonea.	*A perſon agreeable or unagreeable.*
Res eſt neceſſaria vel ſupervacanea.	*A thing is neceſſarie or ſuperfluous.*
Rei uſus utilis aut noxius.	*The uſe of a thing neceſſarie or hurtful.*
Res rei ſimilis aut diſſimilis.	*One thing is like or unlike to* " *another.* " Thing.
Sylva eſt denſa vel rara.	*A wood is thick or thin.*
Ager fœcundus aut ſterilis.	*A field fruitful or barren.*
Motus eſt celer aut tardus.	*Motion is ſwift or ſlow.*
Curſor alacer aut piger.	*A runner chearful or ſluggiſh.*
Operarius gnavus aut ignavus.	*A work-man quick or ſlothful.*
Securis eſt acuta vel ſtupida (hebes.)	*A hatchet is ſharp or blunt (dull.)*
Cibus crudus vel coctus.	*Meat is raw or* " *boiled.* " Dreſſed.
Sermo jocoſus vel ſerius.	*A ſpeech merrie or ſerious.*
Hiſtoria certa aut dubia.	*A hiſtorie certain or doubtful.*
Teſtimonium verum aut falſum	*A teſtimonie is true or falſ.*

Comparatives.

The first is learned.
The second is more learned, (or learneder.)
The third learned'st (or most learned.)

Irregular Comparisons.

A bull is great.
A camel bigger.
An elephant the biggest.
A sparrow is small.
A titmouse smaller.
A wren the least.
Ale is good.
[11] Or Methoglin. *" Meath better.*
Wine the best.
A lizzard is bad.
A viper worse.
An asp the worst.

Denominatives.

A ducat is of gold.
[12] Talerus. *A " dolar of silver.*
A kettle of copper.
A pot of tinn.
A hammer of iron.
A fourm of wood.
A wall of stone.

Comparativa.

Primus est doctus.
Secundus doctior.
Tertius doctissimus.

Anomala Comparatio.

Taurus est magnus.
Camēlus major.
Elephas maximus.
Passer est parvus.
Parus minor.
Trochilus minimus.
Cervisia est bona.
Mulsum melius.
Vinum optimum.
Lacerta est mala.
Vipera pejor.
Aspis pessima.

Denominativa.

Ducatus est aureus.
Talerus argenteus.
Ahenum cupreum.
Cantharus stanneus.
Malleus ferreus.
Scamnum ligneum.
Murus lapideus.

Chap. 2.

Of the actions and passions of things.

For the honor of the Creator all creatures do their dutie.

The actions of heavenlie creatures.

[13] Or praise. *Angels do " celebrate him.*
The sun shine's.
The moon is bright.
The stars do twincle.
The daie begin's in the morning.
The night at evening.

Cap. 2.

De rerum actionibus & passionibus.

Creatoris in honorem faciunt omnes creaturæ suum officium.

Cœlestium actiones.

Angeli celebrant eum.
Sol lucet.
Luna splendet.
Stellæ micant.
Manè incipit dies.
Vesperi nox.

The Portal to the Gate Tongues.

Elementorum.

Elementa alunt nos.
Ignis ardet.
Flamma flagrat.
Scintilla gliſcit.
Tonitru tonat.
Ventus flat.
Pluvia pluit.
Nix ningit.
Aqua in plano fluit.

Ex vaſe manat.
E fonte ſalit.

E puteo hauritur.

Plantarum.

Herba creſcit.
Folium viret.
Flos floret.
Fructus matureſcit.
Quem ut carpas.
Flecte ramum.
Sive ſint pyra, ſive pruna, ſive ceraſa, &c.
Nux continet nucleum.
Roſa olet bene.
Urtica urit.

Animalium.

Lapis jacet.
Arbor ſtat.
Animal ſe movet.
Avis volat.
Piſcis natat.
Quadrupes graditur.
Serpens ſerpit.
Vermis repit.
Cervus currit.
Equus hinnit.
Bos mugit.
Agnus balat.
Porcus (ſus) grunnit.
Urſus murmurat.
Lupus ululat.

Of the Elements.

The elements do nouriſh us.
The fire burneth.
The flame flaſhe's.
A ſpark gloweth.
Thunder thundreth.
The winde bloweth.
The rain raineth.
The ſnow ſnoweth.
The water runneth on the plain (ground.)
It floweth out of a veſſel.
It bubleth (or leapeth) out of a fountain.
It is drawn out of a pit.

Of Plants.

An herb increaſeth.
A leaf is green.
A flower flouriſheth.
The fruit waxeth ripe.
Which that thou maieſt crop.
Bend the bough.
Whether they bee pears, or plumbs, or cherries, &c.
A nut conteineth a kernel.
A roſe ſmelleth well.
A nettle ſtingeth (burneth.)

Of living Creatures.

A ſtone lieth along.
A tree ſtandeth up.
A living creature move's it ſelf.
A bird flieth.
A fiſh ſwimmeth.
A four-footed beaſt goeth.
A ſerpent creepeth.
A worm crawleth.
A hart runneth.
A horſ neigheth.
An ox loweth.
A lamb bleateth.
A hog (ſow) grunteth.
A bear murmureth.
A wolf howleth.

A dog

A dog barketh.
A ram butteth.
A wilde beast teareth in pieces.
A hare flieth.
A fox changeth his hairs.
A cat catcheth mice.
A hen laieth eggs.
A goose eateth oats.
Worms gnaw fat things.
Lice do bite the skin:
As also gnats and fleas.
An ant is laborious.
A spider artificial.
Bees do prick with the sting.
What-ever liveth is livelie.

Canis latrat.
Aries arietat.
Bellua laniat.
Lepus fugit.
Vulpes mutat pilos.
Catus (felis) capit mures.
Gallina ponit ova.
Anser vescitur avenâ.
Vermes rodunt pinguia.
Pediculi mordent cutem:
Ut & pulices atque culices.
Formica est laborioſa.
Aranea artificioſa.
Apes pungunt aculeo.
Quicquid vivit viget.

Of Man.

Hominis.

Wee do divers things.
With bodie and minde.
The head is filled with the brain.
Is covered with hairs.
(Except the countenance.)
No member is given in vain.
For wee see with our eies.
Wee purge our filth by the nose.
The fore-head hath wrinckles.
The ears do hear.
The nostrils do smell.
The tongue tasteth how things savor.
Wee chew with the teeth.
The stomach concocteth.
The bowels do cast out.
The liver make's bloud, and sendeth it through the veins.
The heart panteth.
The lungs do breath.
The lips are about the mouth.
A beard adorneth the chin.
Women are beardless.
Wee carrie on the shoulders.
Wee embrace with the arms.
Wee labor with the hands.
The left holdeth, the right performeth a work.

Nos agimus varia.
Corpore & animo.
Caput repletur cerebro.
Tegitur capillis.
(Excepto vultu.)
Nullum membrum fruſtrâ datū
Nam oculis cernimus. (est.
Per naſum excernimus.
Frons habet rugas.
Aures audiunt.
Nares olfaciunt.
Lingua guſtat quomodo res ſapiant.
Dentibus mandimus.
Stomachus conquoquit.
Inteſtina egerunt.
Hepar conficit ſanguinem, & dimittit per venas.
Cor palpitat.
Pulmo reſpirat.
Labia ſunt circa os.
Barba ornat mentum.
Fœminæ ſunt imberbes.
Humeris bajulamus.
Brachiis amplectimur.
Manibus laboramus.
Siniſtra tenet, dextra peragit opus.

Palmâ

Palmâ palpamus.
Pugno percutimus.
Volâ prehendimus.

Digitis conſtringimus.

Unguibus ſcabimus & ſcalpimus.
Sub pectore venter eſt.
Infra axillas latera.
Sub his coſtæ.
Tergum habet ſupernè ſcapulas, infernè lumbos.
Natibus ſedemus.
Pedibus ambulamus.

Mentis.

Mens cogitat ſemper aliquid.

Etiam in ſomnio ſomniat.
Intellectus intelligit.
Ratio ratiocinatur.
Memoria meminit.
Et ſi quid oblita eſt, recordatur.
Voluntas vult bonum.
Declinat malum.
Sed ſæpe fallitur.
Gaudet & triſtatur.
Securus curat nihil.
Tutus timet nihil.
Vegetus laborat.
Feſſus quieſcit.
Vigilia enim fatigat.
Sopor recreat.
Cùm ſeptem horas dormiviſti,
Et evigilas, excita alios.

Morbidorum.

Jejunus appetit eſcas.
Satur faſtidit.
Delicatus deligit.
Sanus ſi bene, valet.

Wee handle with the palm.
Wee ſmite with the fiſt.
Wee hold with the hollow of the hand.
Wee ſtraiten (anie thing) with the fingers.
Wee ſcratch and ſcrape with the nails.
The bellie is under the breaſt.
The ſides under the arm-pits.
The ribs below theſe.
The back hath the ſhoulder-blades above it, below it the loins.
Wee ſit on the buttocks.
Wee walk with the feet.

Of the minde.

The minde alway thinketh of ſomthing.
Alſo it dreameth in a dream.
The underſtanding underſtand's.
The reaſon reaſoneth.
The memorie remembreth.
And if it have forgotten anie thing
" *remembreth it.* (good. "Or calleth it to minde
The will deſire's that which is
It ſhunneth evil.
But is often deceived.
It rejoiceth and is ſad.
A careleſs man regard's nothing.
A man that is ſafe fears' nothing.
One that is luſtie laboreth.
One that is wearie reſteth.
For watching wearieth.
Sleep refreſheth.
When thou haſt ſlept ſeven hours,
And awakeſt, ſtir up others.

Of the diſeaſed.

Hee that is faſting deſire's meat.
Hee that is full loatheth it.
Hee that is daintie chuſeth.
One that is ſound is in good health.

A ſick

A ſick man is ſick.
Hee that is grieved complain's.
Diſeaſes without grief are dangerous.
And for the moſt part deadlie.
A feaver returneth by fits.
An apoplexie killeth ſuddenly.
A ſcab cauſſeth an itch.
A bile abounds with corrupt bloud
A new wound is healed.
Whatſoever is rotten, ſtinketh.
A ſtrong man can bear much:
Hee that is tender (can) ſuffer little.
Hee that is blinde ſeeth not.
Hee that is deaf heareth not.
Hee that is dumb ſpeak's not.
No man wanteth the touching, but hee that is ſick of a palſie.
A lame man halteth.
Somthing is wanting to the maimed.

Of Workmen.

A husband-man ploweth.
Hee ſoweth in the ſpring.
Hee moweth in the ſummer.
In autumn hee gathereth the vintage.
In winter hee threſheth in the barn.
A gardner plant's a garden.
A miller grindeth bread-corn in the mill.
A baker bake's bread of flower in a fornace.
A ſhepherd feedeth his flock.
Hee cutteth haie in the meadow.
Hee maketh cheeſes of milk.
A butcher killeth beaſts.
A huntſ-man hunt's wilde beaſts.
A fowler catcheth birds.
A fiſher fiſheth.
A cook prepareth meat.

Ægrotus ægrotat.
Cui dolet is queritur.
Morbi ſine dolore ſunt periculoſi.
Et plerunque lethales.
Febris redit per vices.
Apoplexia enecat citó.
Scabies facit pruritum.
Ulcus ſcatet tabo.
Recens vulnus ſanatur.
Quicquid putret, ſordet.
Robuſtus poteſt multum ferre:
Tener parùm ſufferre.

Cæcus non videt.
Surdus non audit.
Mutus non loquitur.
Tactu caret nemo, niſi paralyticus.
Claudus claudicat.
Mutilo deeſt aliquid.

Opificum.

Agricola arat.
In vere ſeminat.
In æſtate metit.
In autumno vindemiat.

Hyeme triturat in horreo.

Hortulanus plantat hortum.
Molitor molit in mola frumentum.
Piſtor pinſit in furno panem è farina.
Paſtor paſcit gregem.
Secat fœnum in prato.
Format è lacte caſeos.
Lanio mactat pecudes.
Venator venatur feras.
Auceps capit volucres.
Piſcator piſcatur.
Coquus parat cibos.

Elixat

Elixat in olla.
Aſſat in verubus.
Frigit in butyro.
Torret in craticula.
Fercula condímus aromatibus.

Potum condĭmus in cella.
Ex uvis fit vinum.
Cerviſia promitur è dolio.
Auriga jungit equos.
Et ungit rotas.
Et proficiſcitur ſubitò, in cœno autem hæret.
Quum vehit onera curru aut trahâ.
Nauta navigat navi.
Nauclerus gubernat.
Remiges remigant.
Per fluvios vadamus.
Aut utimur ſcaphis. (culos.
Aut ſtruimus pontes & ponti-
Viator it per ſemitam.
Et cavet nè erret.
Aut cadat in foveam.
Cedit retro, ubi nequit pergere.
Mercator tractat merces.
Metuit damnum, quærit lucrum
Moneta geſtatur in crumena.
Quoniam pecuniâ quæ debemus ſolvimus. (vili.
Emimus & vendimus caro aut
Nummi ſunt diverſi: quiſque ſuo valore.
Netrix net è lino.
Textor texit linteum, telam.
Pannifex ê lano pannos.

Sartor menſurat veſtes.
Sutor ſuit calceos ex corio.

Pellio è pellibus pellicea.

Hee boileth in a pot.
Hee roſteth it on ſpits.
Hee frieth it in butter.
Hee braileth it on a gridiron.
Wee ſeaſon our diſhes (of meat) with ſpices.
Wee laie up drink in a cellar.
Wine is made of grapes.
Ale is drawn out of a tun.
A carter joineth horſes.
And greaſeth the wheels.
And goeth ſuddenly, but ſticketh in the mire.
When hee carrieth burdens in a cart or dreie.
A mariner ſaileth in a ſhip.
A pilot guideth it.
Rowers row it.
Wee wade through rivers.
Or uſe boats.
Or make great or little bridges.
A traveller goeth through a path.
And take's heed leſt hee wander.
Or fall into a ditch.
Hee goeth backward, where hee cannot proceed.
A merchant dealeth in wares.
Hee feareth loſs, hee ſeeketh gain.
Monie is carried in a purſ.
Becauſ with monie wee paie thoſe things which wee ow.
Wee buie and ſell deer or cheap.
Monies are diverſ: everie one in his own value.
The ſpinſter ſpinneth out of hemp.
A weaver weav's linnen, a web.
A clothier (maketh) clothes of wool.
A tailor meaſureth clothes.
A ſhoomaker ſoweth ſhoos of leather.
A skinner (maketh) leathern coats of skins.

A roper

A roper twineth a rope.
A potter maketh jugs.
A joiner glueth his desks.
A ſmith beateth.
A carpenter hew's with an ax, and buildeth a building.
Hee laieth the foundation, hee ſetteth up the walls.
Hee covereth it with a roof.
A weak (building) is not firm.
It is under-propped with props That it fall not.

Verbs Impersonals.

If it liſteth you, it is lawful.
If it irk you of a labor, let it aſhame you.
It is meet that it irk you of ſin.
Silence becom's a young man.
If it irk you of ſitting, it is meet to walk abroad.

Reſtio torquet reſtim.
Figulus fingit fidelias.
Scriniarius ſua ſcrinia glutinat.
Faber cudit.
Lignarius aſciat ſecuri, & ædificat ædificium.
Ponit fundamentum, erigit parietes.
Operit tecto.
Debile non eſt firmum.
Fulcitur fulcris
Ut nè ruat.

Verba Impersonalia.

Si tibi libet, licet.
Si te piget laboris, pudeat te.

Decet te pœnitere peccati.
Adoleſcentem decet ſilentium.
Si te ſeſſionis tædet, oportet ſpaciari.

Chap. 3.

Of the circumſtances of things.

Adverbs.

Who calleth mee? I. Is it thou? who is there then? Paul.
Let us exſpect till hee com.
Well, God ſave you, I thank you.
How do you? ſo, indifferently.
Where haſt thou been? whence returneſt thou? out of the town.
Which waie wenteſt thou? through the gallerie.
Whither wilt thou go? home.
And whither from thence? no whither.
When haſt thou been in the garden? Yeſterday, to day, erewhile, of late, long ago.

Cap. 3.

De rerum Circumſtantiis.

Adverbia.

Quis vocat me? Ego.
Túne es? quis eſt igitur illic? Paulus.
Exſpectemus donec veniat.
Bene, ſalve, ago gratias.
Ut valeas? ſic, mediocriter.
Ubi fuiſti? unde redis? ex oppido.
Quà iviſti? per porticum.

Quorſum vis? domum.
Et quò indé? nuſquam.

Quando in horto fuiſti?
Heri, hodie, modò, nuper, dudum.

Quando

Quando me inviſes? mox, cras, perendie, aliquando.

Scíſne memoriâ lectionem?
Sic ſatis, ego minimè, neutiquam.
Quæ eſt cauſſa? num es oblitus? ferè.
Cur non repetis?
Mihi nunc non vacat.
Quare? miſſus ſum in villam.

Profectó: ibo unà; nequaquam.
Quamobrem? repetemus in itinere.
Id præſtat quàm garrire.
Omnino; redibimúſne maturé?
Fortaſſe, ſed vix. Eho dubitas?

Procul eſt, properabimus.
Ceu ſutores? quid tum?
Noſtram ætatem decet agilitas.
Sic aïunt, imò ſic eſt.
Nè clama, atqui ſumus ſoli.
Quomodo ludemus? pila. quamdiu?
Totum diem. hui nimium eſt.
Atqui ſunt feriæ.

Præpoſitiones.

Pergamus rogo te.
Nunc tibi parvas voculas exponam.
Ad nos trahimus, à nobis trudimus.
Cum nobis ducimus, ante nos pellimus, ponè nos raptamus.
Secundùm flumen facile eſt natare.
Adverſùs illud impoſſibile.
Apud altare Sacerdos habet penès ſe Diaconum.

When wilt thou viſit mee? by and by, to morrow, the day after, ſomtime.
Doſt thou con thy leſſon by heart?
So ſo, I do not at all.

What cauſ is there? what, haſt thou forgoten? almoſt.
Why doſt thou not repeat?
I am not at leiſure now.
Wherefore? I am ſent into the village.
Truly; I will go together with you; no.
Wherefore? wee will repeat in our journie.
That is better then to prattle.
Far away; ſhall wee return preſently?
Peradventure, but ſcarcely. Ob doubteſt thou?
It is afar off, wee will make haſte.
As coblers? what then?
Nimbleneſs becom's our age.
So they ſay, yea it is ſo.
Crie not, but wee are alone.
How ſhall wee plaie? at ball. how long?
All the daie. alas it is too much.
But they are holie-daies.

Prepoſitions.

Let us go on I intreat thee.
Now I will expound the ſmall words to thee.
Wee draw to us, wee thruſt from us
Wee lead with us, wee drive before us, wee ſnatch behinde us.
It is eaſie to ſwim with the ſtream.
Againſt it is impoſſible.
The Prieſt at the altar hath his Deacon "in his power.

"Attending on him.

Touching

Touching one that is rash, observ that hee staie not within the houſ.
De temerario nota, quòd intra ædes non maneat.

Let him climbe over the top.
Supra culmen ſcandat.

Let him creep within the threſhold.
Intra limen repter.

Confeſs before us, what thou haſt don privately from us.
Fatere coram nobis, quid feciſti clam nobis.

Becauſ it is open.
Quia eſt palám.

I have don contrarie to the command.
Contra præceptum feci.

I have been unthankful toward the maſter.
Erga præceptorem ingratus fui,

One for his wickedneſs, being a run-agate out of the houſ,
Quidam ob ſua facinora, è domo profugus,

Running nigh the waie, ſtood on this ſide the pool;
Juxta viam currens, citra ſtagnum conſtitit;

Afterward having gon beyond the pool,
Deinde ultra ſtagnum progreſſus,

Hee came into the wilderneſs.
Venit in deſertum.

Hee went about the mariſhes.
Obibat circa paludes.

Hee wandred among the woods.
Obberrabat inter nemora.

Hee ſailed beyond the ſea, even to the utmoſt Ilands.
Navigabat trans mare, uſque ad extremas inſulas.

Nigh the bounds of the world.
Prope orbis terminos.

Wandering out of the countrie.
Extra patriam vagans.

For whom they intreat.
Pro quo intercedunt.

But for the example of others hee cannot bee received.
Verùm propter exemplum cæterorum non poteſt recipi.

Alas! how great miſhap.
Hem! quantum infortunium!

Hee is happie in compariſon of ſuch who keep's his conſcience pure.
Felix præ talibus.
Qui conſcientiam puram cuſtodit.

Numerals.

Numeralia.

Likewiſe. Know you how to number? "verie well.
Scis numerare? utique.

Trie then, how manie things there are.
Tenta igitur, quot ſunt res.

There is one volume of the Bible.
Unus eſt codex Bibliorum.

There are two Teſtaments, the Old and the New.
Duo ſunt Teſtamenta, Vetus & Novum.

Three perſons of the holie Trinitie.
Tres perſonæ ſanctæ Trinitatis.

Quatuor

Quatuor Evangeliſtæ, quinque ſenſus, ſex profeſti dies.
Septem petitiones in Oratione Dominica.
Octo dies ſunt ſeptimana.
Ter tria ſunt novem.
Decem precepta Dei.
Undecim Apoſtoli, dempto Judâ.
Duodecim fidei articuli.
Triginta dies ſunt menſis.
Centum anni ſunt ſæculum.
Satanas eſt mille fraudum artifex.

Four Evangeliſts, five ſenſes, ſix "working daies.
" *Seven petitions in the Lord's Praier.*
Eight daies are a week.
Thrice three are nine.
Ten Commandements of God.
Eleven Apoſtles, Judas beeing excepted.
Twelv Articles of the Faith.
Thirtie daies are a moneth.
A hundred years are an age.
Satan is the forger of a thouſand deceits.

" Not hallowed.
" So the L. Biſhop of Landaff in his Treatiſe of the Sacrament of the Lords Supper divides them.

CAP. 4.

De rebus in ſchola.

Scholaſticus frequentat ſcholam.
Quò in artibus erudiatur.

Initium eſt à literis.
E ſyllabis voces componuntur.
E dictionibus ſermo.
Ex libro legimus tacitè.
Aut recitamus claré.
Involvimus eum membranâ.
Et ponimus in pulpito.
Atramentum eſt in atramentario, in quo tingimus calamum
Scribimus eo in charta, in utraque pagina.
Si perperam, delemus.
Et ſignamus denuo rectè, vel in margine.
Doctor docet.
Diſcipulus diſcit non omnia ſimul, ſed per partes.
Præceptor præcipit facienda.

Rector regit Academiam.

CHAP. 4.

Of things in a ſchool.

A Scholar frequenteth the ſchool.
That hee may bee inſtructed in the arts.
The begining is from letters.
Words are compoſed of ſyllables.
A ſpeech of words.
Wee read ſilently out of a book.
Or recite it aloud.
Wee wrap it up in parchment.
And laie it in a desk.
Ink is in the ink-horn, in which wee dip the quill.
Wee write with it in paper, on either page.
If badly, wee blot it out.
And then mark it in the line, or in the margent.
A teacher teacheth.
A ſcholar learneth not all together, but by parts.
The Maſter commmand's things to bee don.
The Governor ruleth the Acade-

The School-maſter obſerveth, and furthereth.
The obſerver warneth and ſetteth down.
154 *The wood-colv and stock-dove are wilde doves* h. *In a dove-*[pigeon]*-houſ* i, *to each pair of tame* ones *is appointed out a locker.*

k Great tiſmouſ.

155 *The cole-mouſ* k, *wood-pecker, gnat-ſnapper, bunting, robin-red-breaſt, and red-tail, feed upon worms, as doth alſo the lapwing, perhaps.*

156 *It were ridiculous* [to bee laught at] *for the Wren and the little Titmouſ to compare* [match] *themſelvs with the Eſtrich.*

l Work his own wo.

157 *The thruſh* [mavis] *is ſaid to* l *dung himſelf a miſchief, becauſ what hee bedungeth, that ſprouteth forth to miſſelden, whence* com's *bird-lime* *.

* The field-fare uſhereth in the approaching winter.

158 *The quail hath a ſhort* [bob] *tail cloſe by his rump, the wag-tail is never wearie of wagging his tail, the peacock prideth himſelf in ſpreading abroad his ſundrie-colored* tail, [be-ſpangled,] *and variouſly ſpeckled with little eies.*

159 *The lark perketh up his tuft, the cock crowing on his own dung-bil, ſetteth up his comb, the plover crack's nuts with his beak* [bill.]

m Cram.

n Pellets.

160 *A gooſ,* or gander, *and goſling (which they fat* m *up with* n *cobs in a coop) gagleth, a duck or drake quack's, a hen cackle's and clucketh, a raven croketh, an eagle frilleth, a ſtork chatereth, a cuckow (although fed up by the tittling,* or hedg-ſparrow, *for her own) cuckoeth, the owl howleth, the pie chatter's, the jack-daw kaugheth, the crow* o *chat's, the ſwallow* * *ſing's, the ſparrow chirp's, minceth,* draw's it out ſmall; *the pullet clocketh.*

o The carrion-crow or rook.

* Bring's news of the ſpring comming on [*neer at hand.*]

161 *But the parrat* [popinjaie] *uſeth to frame words diſtinctly,* treatably, *by ſyllables.*

162 *The phœnix, gryffon, harpies, are fictions.*

CHAP. 15. Of Water creatures.

163 *Fiſhes let in water at the mouth, and let it out at the gils.*

164 *The ſcalie* ones *are live-breeders, the ſmooth* ones *ſpawn.*

165 *Of whom the males* [melters] *have milts* or rows; *the females* [ſpawners] *have ſpawn* or frie.

166 *Freſh water-fiſhes are, the ſturgeon, the boneleſs lax, the glib* ſlipperie eel (*which ſlip's away if you take hold of her,*) *the*

153 Canoræ ſunt, acanthis, alauda, acredula [*luſcinia*, *philomela*,] carduelis, fringilla, galbula, merula, linaria.

154 Palumbus et livia ſunt columbæ feræ. Singulis cicurum paribus deputatur loculamentum in columbario, [*periſterio*, *periſterotrophio*.]

155 Merops [e], upupa, [*picus*,] ficedula, rubetra, rubecula [f], rubecilla [*phœnicurus*,] vermibus veſcuntur; ut & vanellus fortaſſe.

156 Trochilus [g] et parvus parus ridiculè ſe ſtruthioni [*ſtruthiocamelo*] compararent.

157 Turdus ſibi ipſi exitium cacare dicitur; quia quod conſpurcat, hinc viſcum pullulat: unde viſcus [*viſcum*] id eſt, aviarium gluten *.

158 Corturnix curtam habet caudam juxta orropygium [h]; motacilla ſuam indefeſsè motat [*quatit*]; Pavo ſuam verſicolorem, ocelliſque variè pictam, diſpandens ſuperbit.

159 Caſſita [*galerita*] cerrum, gallus cucurriens in ſuo ſterquilinio criſtam erigit; pardalus roſtro nucleos frangit.

160 Anſer [*ganſa*] et anſerculus (quem in corte turundis ſaginant [*opimant*] gingrit; anas tetrinnit; gallina gracillat, glocitat et gluctit; corvus crocitat, aquila clangit, ciconia crepitat [*glotorat*], cuculus licèt à curruca pro ſuo enutritus) cuculat; noctua cucubat, pica garrit, monedula [*graculus*] fringulat, cornix [i] cornicatur, hirundo * trinſat, paſſer fritinnit aut minurit, pullus pipit.

161 Cæterùm pſittacus articulatas voces conformare [*formare*] ſuescit.

162 Phœnix, gryps, harpiæ, figmenta ſunt.

e *Apiaſter.*
f *Erithacus, rubellio.*
g *Regulus.*
* *Glaucium* [collurio] *eſt hyemis ingruentis antecambulo.*
h *Coccyga.*
i *Carnivora, & frugivora.*
* *Varis appetentia pravuncia.*

CAP. 15. *De Aquatilibus.*

163 Piſces lympham ore immiſſam per branchias emittunt.

164 Squamoſi ſunt vivipari, glabri ovipari.

165 E quibus mares habent lactes, fœminæ ova.

166 Fluviatiles ſunt, ſturio [*acipenſer*,] amia exos, anguilla lubrica (quam ſi capeſſis, elabitur) capito,

capito, mullus, barbus, trutta [*aurata,*] mugil, alburnus, leuciscus, gobius [*fundulus,*] mustela, apua.

167 Piscinales: carpio [*cyprinus,*] lucius [*lupus,*] perca, tinca, oculata [*melanurus,*] presenus, eruthrinus.

168 Marini: salmo, muræna [*fluta,*] congrus, raja, ostrea *, esox, & varia monstra, ut phoca, &c.

* *Scombrus, rhombus, arda, sepia.*

169 Haleces salitas & conditaneas in tinis, passas verò, ut & sole tostos passeres, in fasciculis nobis afferunt.

170 Asellus [*salpa*] arefactus, nisi probè contusus, esui non est.

171 Delphinus pernicitate, balæna [*cetus,*] magnitudine omnibus anteit.

172 Cancer et Cammarus [*astacus, locusta,*] cum [b] chelis suis prorsum [*antrorsum*] et retrorsum gradiuntur.

[b] *Acetabulis.*

173 De muricis [*conchylis,*] ostro purpura † comparatur [*conficitur;*] † Color verè purpureus, [*ostrinus, Tyrius, Sarranus,*] cujus parandi modus intercidit, nobis incognitus.

CAP. 16 *De Jumentis.*

174 Jumenta sunt animalia domestica atque cicuria, nos juvantia.

175 Gibbosus enim camelus vehiculi vicem præstat rebus ponderosis aliò deportandis.

176 Equus jubâ insignis, etsi ferox indole, domatur tamen, ut obtemperet sessori (de quo infrá.)

177 Effrœnis nihilominus ferocit, eúmque dejicit [*pessùm dat:*] Admissarius equam iturus efferatur: Calcitro calcitrando ferit, nisi popysmo demulceatur.

178 Cantherius factus hinnire desistit, ac ferocire desinit.

179 Dum pullus est, ungulis ejus soleæ non applicantur.

180 Pandus [*repandus*], asellus ab agasonis fuste rudit.

[b] *Asinus.*

181 Taurus cum paleari pendulo boat & mugit: Agnus balat.

182 Vervex blacterans est aries, cui scrotum ademptum; vexatus

the cod fiſh, mullet, barbel, the trout, pollard bleak *, freſh-water mullet, gudgeon, eel pout, dace, or groundling.

* Call'd ſo, becaut it is of a paliſh white.

167 Pond fiſhes are, the carp, pike, perch, tench, ruff, bream, rock.

168 Sea-fiſhes are, the ſalmon, lamprie, conger, thorn-back [skate †] oiſter, lax, and diverſ monſters: as the ſea-calf, &c.

† Makeril, turbut, ſprat, cuttle.

169 They bring us ſalted and pickled herrings in herring barrels, but dried a firſt; as alſo plais b dried in the Sun, in bundles.

a Red-herrings.
b Flounders, halibuts.

170 Dried haberdine [ſtock-fiſh] is not fit to eat unleſs it bee well beaten and bang'd.

171 The dolphin goeth beyond all in ſwiftneſs, the whale in bigneſs.

172 The crab and crevi ſh, or lobſter, go forward and backward with their claws.

173 Purple-die † is gotten [made] of the purple ſhell-fiſh. † The waie to make right purple color is loſt, beeing to us unknown.

CHAP. 16. Of Working cattle.

174 WOrking cattle [laboring beaſts] are home-bred and tame living creatures, which a help us.

a Do us ſervice.

175 For the bosbacked [bunch-back'd] camel ſerv's in ſtead of a wagon, to carrie heavie [weightie] things [burdens] to another place.

176 The horſ, b fair to ſee to with his mane, although fierce of diſpoſition, yet is tamed [broken] to obeie his rider, (concerning whom, more hereafter.)

b With his goodly mane, although of a fierie metal.

177 For all that, being unbridled hee grow's unrulie and throw's him down. A ſtallion beeing about to cover a mare, is enraged: a ſtriker c ſtriketh by kicking d [yerking out his heels] if bee bee not ſtroked, and uſed gently, with clapping and ſmacking the mouth.

c Wincer, kicker.
d Wincing, ſpurning.

178 Beeing made a gelding hee give's over [leaveth] neighing, and ceaſeth to bee unrulie [becom's tame.]

179 As long as hee is a fole, or colt, bee is not ſhod [horſ-ſhoos are not ſet on his hoofs.

180 The ſhrinking e [ſaddle-back't] aſs braieth at the driver's cudgel.

e Bow-back't.

181 The bull with his dangling dew-lap belloweth and loweth: the lamb bleateth.

182 A blaring wether is a ram, whoſe cod is taken from him:

f Birteth, dosleth, run's at.

beeing vexed bee butteth f, with his head, *him that ris against him* [meet's him.]

183 Caper *is a buck-goat gelded: a kid as yet, though wan and lascivious, hath no beard.*

184 *A hog*, or swine, *walloweth* [tumbleth, weltereth] his *wallowing-place*; *hee grunteth, but cheweth not the cu howsoever hee* g *bee cloven-footed. If hee bee not gelded, is called a bore-pig: a labb'd sow* is called *a spaid*: with *yoke*, or clog, *hee is kept from doing mischief.*

g Divides the hoof.

h Pig'd her litter.

185 *The pigs suck the teats of the sow that hath* h *farrowed beeing weaned, they are called shotes* [greef.]

i Cubs *of a bear, fox, wolf, &c.*

k Baieth, bawleth.

186 *The dog, together with the* i *whelps*, or puppies, *barketh at a stranger*; *one drawing near bee biteth, even secret* [closely, making no noise.]

187 *If you anger him hee gurn's*, [grin's, gnarreth,] *wi his chaps wide gurning*; *if you smite him, hee yelpeth* [wh neth, moaneth,] *and baugh's* [bark's.]

l The mad-worm under his tongue beeing cut out.

188 *If bee fall* [run, bee taken] *mad, hee run's about all abro and whatsoever hee falleth upon hee teareth it, and make's i affraid of water*; *but beeing* l *wormed hee groweth gentle. bitch useth to run a-salt* [go proud.]

CHAP. 17. Of Wilde-beasts.

a Lawns, chases.

189 *Wilde beasts, feeding in pleasant groves, or a the forrests* a, *in woods, resort* [betake themselv *to their dens, and each lurketh* [skulketh] *in it's own cover* kennel, or lurking hole.

* Of whose tooth is made Ivorie.

b Left it written, c Fodder, Stover.

190 *The braying Elephant* *, *the greatest beast that is* (*which som have* b *recorded, but falsly, that hee hath le without* a nie *bending) draweth* his *food* c *to him with hi trunk or long snout.*

191 *The wilde ass and the unicorn inhabit the most bidde deserts*, [wildernesses] *and they haunt wilde* [unfrequented] *over-grown places.*

192 *The rinoceros* [nose-horn] *is cloathed with bonnie scale*

d Is of proof against anie thrust or slash.

193 *The alces hide* [skin] d *cannot bee pierced with cutting.*

194 *The shaggie* [rough-haired] *bear grumbleth and roareth shee fashioneth* [formeth] *the whelps, shee bring's forth l licking them round about.*

e Taketh not hold on.

195 *That which the libbard catcheth* e *not at three jumps, he let's it alone*, [give's it over.]

196 *Th*

vexatus occurſantem [*occurrentem*] ſibi arietat petulcus.

183 Caper eſt caſtratus hircus: hœdo, quantumvis petulanti & petulco, nondum eſt aruncus.

184 Porcus in volutabro volutatur, grunnit, & non ruminat, ut ut biſulcus[c]: non caſtratus dicitur verres; exſecta ſus, majalis: numellâ cohibetur à maleficio. c *Biſidâ ungulâ.*

185 Porcelli [*ſuculi*] lumen ſcrofæ [d] ſugunt: à lacte depulſi, nefrendes dicuntur. d *Suis partum emixa.*

186 Canis unà cum catulis [e] allatrat advenam; appropinquantem mordet [*rodit*] vel clanculum. e *Barbatur.*

187 Si irrites, diſtento [*diducto*] rictu ringitur: ſi percutias, quiritatur & baubatur.

188 Rabie correptus diſcurrit paſſim; & in quod irruit, laniat, hydrophobúmque reddit: at excisâ lyſſâ manſueſcit. Canicula ſolet catulire.

CAP. 17. *De Feris.*

189 IN amœnis nemoribus, aut ſecus ſylvarum ſaltus paſtæ [a] feræ repetunt [*recipiunt, referunt, ſe ad*] ſua luſtra [*ſpelæa*;] ac quæque in ſua latebra [*latibulo*] latet. a *Paſcentes.*

190 Elephas [b] [*elephantus, barrus,*] belluarum maxima, barriens, (quem crura ſine flexu habere nonnulli, ſed falsò, memoriæ produnt,) proboſcide [*promuſcide*] pabulum attrahit. b *E cujus dente confit ebur.*

191 Onager & monoceros [*unicornis*] abditiſſima deſerta incolunt, & inhoſpita teſqua frequentant.

192 Rhinoceros oſſeis ſquamis indutus eſt. (*ſecatur.*]

193 Alcis tergus ſecando eſt impenetrabile, [*ictu gladii non*

194 Villoſus urſus murmurat & uncat: catulos [*urſulos, urſellos*] quos progenuit, circumlambendo effingit.

195 Pardus [*panther*] quod terno ſaltu non prehendit, mittit.

196 Tigris cursu valet, & ferocitate omnes exæquat, imò superat.

197 Lynx maculosa visu pollet: hinc proverbium, Lynceis oculis videre.

198 Cervum cornua non gravant, quamvis grandia & ramosa: agilis est, & longissimi ævi: tancet interdum, imprimis in autumno, cùm, amore ardens, cervam avidè cupit & insequitur.

199 Non absimilis huic dama, sed minor: item caprea [*dorcas*,] cujus masculus hinnulus est.

200 Capricornus (ibex) & rupicapra præruptas rupes scandunt [c].

201 Bubalus [*bison*,] urus, sylvestres [*feri*] boves sunt.

202 Leo armis hirtis & leæna formidolosè rugiunt.

203 Vulpes ineunte [d] vere glabrescens fit depilis & alopeciam patitur, gannit: vulpecula nunquam cicuratur.

204 Lepore nihil timidius: quicquid strepit, aures arrigit, aut [e] se proripit & in pedes conjicit, atque ad dumeta confugit: dum capitur, vagit.

205 Cuniculus fodicando cuniculos, talpa grumos facit.

206 Herinacio [*echino*] & hispidæ hystrici aculei horrentes sunt pro pilis.

207 Simia operum nostrorum imitatrix est, ut & cercopithecus [f].

208 Glire & mele nihil somnolentius.

209 Viverra, mustela, martes, martes scythica, mustela alpina, &c. pelliceis conveniunt.

210 Sciurus, sorex [g], ericetus, mus araneus, &c. foramina sibi cavant, in quibus hybernant.

211 Sed mus penuaria perreptans, & muserdis se prodens, cato [*feli*] aut muscipulæ subinde præda fit.

c *Et petras juxta eram maritimam.*

d *Primo.*

e *De improviso exsilit.*

f *Ambo fœtidâ oris graviolentiâ infesti* [molesti.]

g *Et mus aquaticus.*

CAP.

196 *The tigre is good at running* [ſwift of foot] *and is as fierce, yea, and fiercer then all.*

f Equalleth, yea, out-goeth all in fierceneſs.

197 *The ſpotted*, ſpeckled, *lynx is ſharp ſighted* [good at quick ſight:] *hence the Proverb, As quick ſighted as Lynceus.*

198 *Horns do not load*, or over-burthen *the hart, though main great ones, and branched into knags: hee is nimble, and verie long-lived; ſomtimes hee hath the rot, eſpecially in Autumn* [harveſt-time,] *when, burning with luſt, hee greedily deſire's and purſue's* [hunt's after] *the hinde.*

199 *The fallow deer*, buck or do, *is not unlike him, but leſſer; and alſo the roe, whoſe male is the binde*, or roe buck.

200 *The wilde-goat and the* Ibex *climbe* [clamber] *up the craggie rocks* *.

* And ſtonie cliffs by the ſea-coaſt.

201 *The buffal, the bugle* [elk,] *the owr, are wilde oxen.*

202 *The lion with his* g *ſhag-hair'd ſhoulders, and the lioneſs* [ſhee lion] *roar hideouſly.*

g Snarl'd.

203 *The fox, in the begining of the ſpring ſhedding his hair, groweth bal'd*, or pil'd, *and falleth into the fox-evil* [ſhedding of hair:] *hee balleth* [yelpeth:] *a fox's cub is never tamed.*

204 *A hare is the fearfulleſt thing that is; whatſoever* h *noiſ is made, ſhee prick's up her ears, or elſ ſtarteth up before one bee aware, and away ſhe fling's, and betake's her ſelf to* her *heels, and run's away to the thickets: when ſhee is caught ſhee ſqueaketh.*

h Creaketh, ruſteleth.

205 *By delving*, or grubbing, *the cunnie*, or rabbet, *mak'th burrows*; *the mole* i, *billocks.*

i Want, mouldwarp.

206 *The hedg-hog* or urchin; *and the briſtlie porcupine have ſtaving prickles in ſtead of hair.*

207 *The ape will do anie thing as wee do; as alſo the monkie* [baboun k.]

k Both beeing noiſom with an ugly ſtinking breath.

208 *There is nothing in the world more drowſie* [ſleepie] *then the dormouſ and badger*, [graie, brock.]

209 *The ferret, weezle, mattern* [poll-cat,] *ſable, and ermin, are good for furs.*

210 *The ſquirrel, the rat, water-rat, the ſhrow* or rannie *delv themſelvs holes, wherein they make their abode in winter.*

211 *But the mouſ, creeping all about pantries* l [butteries,] *and diſcovering* [betraying] *her ſelf by her dung, now and then becommeth a preie to the cat and mouſ-trap.*

l A ſafe ſpence, ſtore-houſ for victuals.

CHAP. 18. Of Creatures *living as well on land as water*: and of *creeping things*.

a Paddock.

212 *Such as live both on land and water, are, the beaver, the* Sotter, *the croaking frog, the tortois, the toad* [a], *the red toad, and the Crocodile, which as hee is chewing, stirreth the upper-jaw.*

213 *Creeping things, and such as cast their skin* [slough] *are, the hissing-snake*[b], *the wood-snake, the water-snake, the blind slow-worm, the adder, the scorching-snake* [c], *the poison-spitter, the viper, the two-headed serpent, the manie-headed serpent, &c.*

b With a three fanged tongue.
c Causing thirst.

214 *The dragon killeth with his verie breath, the cockatrice with his look.*

e There are som' that report that it liveth all upon fire, the Camelion on nothing but air.

215 *The lizzard, the evet, the swift, the salamander* [d], *and scorpion walk on* their *feet.*

d Hodmandods.

216 *The slugs* or dew-snails *are, snails* [e] *without a shell.*

CHAP. 19. Of Insects [*Small creatures, divided almost asunder by partitions, and having life in one part, when it is parted from the other.*

a Lay-stals, middings.
b The divels gold-ring.

217 *Insects are, first of all, divers worms* [grubs,] *whereof earth-worms gnaw upon muck-hills* [a], *canker-worms on plants, moths on garments, timber-worms on wood, paper-moths on books, whirl-worms* [b] *on vines, wievels* [bowds] *on corn; mites on cheeses.*

c Wood-teeks.

218 *Nits, lice, crab-lice, fleas, gnats, punies* [wallice,] *hand-worms, arse-gut-worms,* these *plague* [are noisom to] *our selvs; yea, and teeks,* [c] *and horse-leeches.*

219 *Silk-worms make silk: humming-bees* make *honie-combs six square, (which* honie *the drones eat up) sending out a swarm, as it were a new plantation.*

220 *Hornets and wasps have a sharper sting* [spear] *than humble-bees.*

d Breez.

221 *Cattel stricken with a gad-bee* [d], *skip up and down, and run about.*

222 *There are manie sorts of beetles and locusts: som are good meat* [to eat] † *There is also a daie-flie, that lives but a daie.*

e Most insects are first grubs, and then flies.

223 [e] *Caterpillers* or chafers, *and black-beetles, green Spanish-flies, horse-flies which raise blisters, red horse-flies, horned beetles, bu-*

CAP. 18.

De Amphibiis & Reptilibus.

212 AMphibia sunt, castor [*fiber*] lutra, rana coaxans, testudo, bufo, rubeta, & crocodilus, qui inter manducandum maxillam [*mandibulam*] superiorem movet.

213 Serpentia exuviásque deponentia sunt, sibilans [a] anguis, coluber, hydra [*natrix*,] cæcilia, aspis, dipsas, [*præster*,] ptyas, vipera, amphisbæna, excetra, &c.

a *Trisulcâ linguâ.*

214 Draco ipso halitu, basiliscus obtutu necat.

215 Lacerta, seps, stellio, salamandra [b], scorpio, pedibus ambulant.

b *Sunt qui perhibent eam victitare; igni chamaleonta aëre solo.*

216 Limaces sunt cochleæ, terrestres absque testa.

CAP. 19.

De Insectis.

217 INsecta sunt primò, varii vermes: è quibus lumbrici fimeta, erucæ plantas, tineæ vestes, teredines [*cossi*] ligna, blattæ libros, convolvuli [*volvoces*] vites, gurguliones [*curculiones*] frumenta, galbæ [*syrones*] caseos corrodunt.

218 Lendes, pediculi, inguinales, [a] pulices, culices, cimices, acari, ascarides, nos ipsos infestant; quin & ricini ac hirudines [*sanguisugæ.*]

a *Cancriformes.*

219 Bombyces sericum [*mataxam*,] apes [b] bombilantes hexagonos favos mellis (quod fuci depascunt) conficiunt; examen, ut novam coloniam emittentes.

b *Bombum edentes.*

220 Crabrones & vespæ acutiori sunt aculeo, quàm bombylii.

221 Oestro [*tabano*, *asilo*] percitum pecus subsilit, discursitátque.

222 Scarabæorum & locustarum genera complura sunt: quædam sunt edulia [c].

c *Est & ephemera*

223 Bruchi [d] & canthari, chantharides exulceratoriæ, cantharides rubeæ, scarabæi cornuti, [*lacanici*,]

e *Vel melolontha chrysochanthari.*

d *Auricularia, forficula, mordella*
e *Ambulo.*
f *Lampyris, cicindela.*
g *Pyraufta.*

papiliones, hepioli [*pyraufta*,] cicindelæ [*lampyrides*,] &c. volatiles ſunt: fullo [d], ſcolopendra [*centipes, multipeda*,] coniſcus, porcellio [*aſellus*,] tipula, melolontha, nitedula [*nactiluca* [f]] reptant.

224 Cicada è cuculi ſaliva exiliens cantillat foris, grylus [g] domi.

225 Formica puſilla eſt, ſed actuoſa, ſemper feſtucas & micas fert.

226 Aranea araneum ſcutulatum nexat, Eruca contabeſcens & exanimata dicitur aurelia [h]; rediviva fit papilio.

h *Chryſalis.*

CAP. 20. *De Homine.*

a *Microcoſmus.*

227 PRinceps animantium Homo, mundi epitome [a], virgine naſcitur.

228 Quem genitrix aut obſtetrix non exponit projectitium, ſed faſciis [b] involutum [*faſcinum*] in cunas reponit, agitat [*verſat*] & conſopit.

b *Incunabulis.*

229 Nutrix verò alma, amplectens & amplexans alumnum ſuum, uberibus lactat [c], ſordidatum abſtergit; puſio ipſe lactet, donec ablactetur.

c *Pramanſum in os inſerit.*

230 A cunabulis venitur ad ſperaſtra; ubi infans anniculus aut bimulus inceſſum ſibi formar, & fari ac balbutire [d] incipit [*inſit*;] crepitaculis, pupis, ac crepundiis ludens; quibus, ſi quando vagiat & vociferetur [*ploratum erumpet*,] vocatur [*ſedatur.*]

d *Et in pedes firmiter inſiſtere.*

231 Impuberes cùm pubeſcunt, ſonoram vocem alterant, hirquitalliúntque: pubeſcentes autem puellæ ſinguli menſibus ſemel menſtruo laborant, donec gravidæ fiant.

232 Ephebi dicuntur adoleſcentes: adulti [*ubi adoleverint*] juvenes.

233 Virilis ætas vergit ad provectam, ſenilis rugas & canos adfert.

234 Annoſa [e] vetula tuſſit & fit edentula; ſenecio decrepitus, filicernium [f].

e *Anicula.*
f *Capularis, libitinarius.*

butter-flies, fire-flies, and candle-flies, &c. are flying-worms; the ear-wig, the furrie bear-worm e, *the blinde beetle, the sow* [cheeſlip,] *the water-ſpider, canker-worm, glow-worm,* theſe *creep,* crawl or trail along.

e Portie foot.

224 *The* f *graſshopper leaping out of the woodſear* g, *ſingeth abroad: the cricket at home.*

f Field-cricket.
g Cuckow-ſpittle

225 *The ant* [piſmire, emmet] *is a poor little* thing, *but ſtirring* h: *ſhee is alwaies carrying little motes and crumbs.*

h Alwaies doing.

226 *The ſpider weaveth* [knitteth] *a cob-web into long ſquares. A caterpiller* [canker, palmer-worm] *as it wanzeth away and dieth, is called* aurelia; *reviving* [recovering life] *again, it becom's a butter-flie.*

CHAP. 20. Of Man.

227 MAN, *the chief of living creatures, the* a *abridgment of the world, is born crying.*

a Abſtract, brief, breviarie, a little world.

228 *Whom the* [gos]ſip *or mid-wife doth not caſt abroad to the wide world, but wrap's him in ſwadling-bands, and laieth* him *in a cradle, rocketh, and lull's him aſleep.*

229 *But the nurſ* b *that tend's him, bugging,* beclipping, *and embracing her ſoſter-childe, ſuckleth him with her teats* [breaſts, dugs,] *put's in his mouth meat alreadie chewed; if hee foul himſelf, ſhee make's him clean; the little one himſelf ſucketh, until hee bee weaned.*

b Foſtering, kinde tender-hearted.

230 *From the cradle they com to* c *knee-ſplents, when the babe* [infant] *of a year or two old, learneth to go, and begineth to ſpeak, babble* [prattle, jabber*,] *playing with rattles, babies, toies,* or gugaws, *wherewith, if at anie time hee ſhreameth, and break's out a crying, bee is ſtilled and quieted.*

c A childe's cart: *anie things to learn to go by.*
* And ſtand's all alone.

231 *Lads not grown up* [under fourteen] *when they* e *grow big, change their ſhrill voice, and ſpeak great* [wax luſtful:] *but wenches grown to woman's eſtate, once a moneth have their menſtrual fluxes* [monethly flowers] *till they ſhall bee with childe.*

d Set's out his throat.
e Com to about fourteen.

232 *Striplings* f *or* ſpringals, *are called youths* while they are growing up; *beeing at full growth* they are *young men.*

f Yonkers about 15. yeer old: paſt a childe.

233 *Man's eſtate ſwaieth* [is going downwards] *towards a declining age; old age bringeth wrinkles, grais,* hoarie *hairs.*

g An age far ſpent

234 *An aged old woman coughеth, and becommeth toothleſs: a crooked-drooping old man, a dotard,* that hath one foot in the grave.

235 *Thus*

h Toies, maygames.

235 *Thus infancie knoweth not it's own ſelf: childe-hood is paſſed away,* and ſpent *in ſports* [h] *; youth in vanities; manhood* [man's eſtate] *in things painful; old age falleth back to former things, grow's childiſh again, and doteth.*

236 *For old men (as the common ſaying is) are twice children.*

237 *A middle pitch* [an indifferent ſtature] *is of the beſt ſize,* or ſcantling.

i Would ſcare a man to look on him.

238 *For a giant* [i] *is a ſcare-crow* [bug-bear;] *a ſlim* [long gangrel] *or a dwarf.* [dandie-prat, pigmie,] *is a laughing ſtock.*

* As is alſo a by-ſex.

239 *Such as are born with their feet forward are held unnatural, unluckie,* diſmal *births* * ; Man *is naked, not hairie,* or rugged.

k Fairies, wood-rangers, robbin-good-fellows.

240 *For wood-gods* [k] *and wilde-men are fancies and ſcare-bugs* [bulbeggers, maukins.]

CHAP. 21.

Of the Bodie, and firſt of the outward Limbs.

a Cords.
b Such a fleſhly part, as we uſe for an inſtrument to ſtir with at our pleaſure and diſcretion.
c *Cutis* is the skin of a live bodie,

241 THe *frame of our bodie is packt up of bones with marrow griſtles* [tendrels,] *tendons* [a], *ſinews, fleſh, muſcles* [b], *a threefold skin* [c], *and divers thin films or coverings.*

242 *The parts of the bodie hold* [hang] *together by bonds cloſe faſtened all along in a moſt comly proportion.*

243 *For ſuch as are couples* [twain, two of a ſort,] *are placed on the ſides one over againſt the other; ſuch as are ſingle* [but one] *in the middle.*

244 *In the feature,* or ſhape, *of* men's *countenances* [viſages] *it is wonderful ſtrange what difference there is.*

245 *A narrow forehead is* like a *hog's, one bunching out is* like *an aſſe's, a broad one is a ſign of a towardly diſpoſition, and of a good ſort, a wrinkled* forehead *is a mark of a minde perplexed* [d]*, a frowning* [lowring, skowling] one *of an angrie* man, *a ſmooth high forehead ſheweth a man* to bee *brazen-faced, or cheerly* [cheerful.]

d Careful, taking thought.

246 *The apple,* or ſight *of the eie, ſitting on, or cleaving to the white, is a looking-glaſs, receiving into it ſelf the reſemblances of things ſet before it.*

247 *The the eie lids moiſten by winking,* or twinkling, *but the eie-brows and the hair on the eie-lids do fence it.*

e Soke, few.

248 *But the eie-corners ſweat out tears. The whole ſet,* or gang, *of teeth is faſtned* [mortized] *into ſockets, that are digg'd into both the jaws.*

249 *Be-*

235 Ita infantia ſeipſam ignorat, pueritia ludicris tranſigitur, juventus [*ætas juvenilis*] vanis, virilitas laborioſis, ſenectus ad priora relabitur, repueraſcit ac delirat.

236 Senes enim (quod vulgò dici ſolet) bis pueri: [*grandævi repueraſcunt.*]

237 Mediocris ſtatura eſt [a] optimè proportionata.

a *Proportione commodiſſimâ.*

238 Nam gigas terriculo eſt; Longurio vel nanus [*pumilio, pumilus, homuncio, homulus, homunculus, pigmæus*] deridiculo.

239 Agrippæ [c] habentur partus monſtroſi & inauſpicati [*lævi.*] Nudus eſt, non hirſutus.

c *Ut & androgyna* [hermaphroditus]

240 Fauni enim ac Satyri commenta ſunt ac terriculamenta [*mormolyceia.*]

CAP. 21.

De Corpore, & primùm de Membris externis.

241 COrporis noſtri compages ex oſſibus cum medulla, cartilaginibus, tendinibus, nervis, carne, muſculis [a], cute triplici, & membranis ſeu involucris variis coagmentata eſt.

a *Ea carnis pulpa quâ utimur ut organo motus ſpontanei pro arbitrio.*

242 Membra cohærent arctis & perpetuis nexibus, in proportione decentiſſimâ.

243 Nam quæ bina ſunt, ex oppoſito ſibi ad latera locantur; quæ ſingula, per medium.

244 In vultuum lineamentis ſtupenda eſt varietas.

245 Frons anguſta, ſuilla eſt; gibboſa, aſinina; lata, bonæ indolis & qualitatis; rugoſa, animi anxii; caperata, iracundi nota; erugata & exporrecta, effrontem arguit vel hilarem.

246 Pupilla oculi albugini inſidens & inhærens ſpeculum eſt, objectarum rerum imagines [*idola*] in ſe recipiens.

247 Hanc palpebræ nictando humectant, ſupercilia verò & cilia communiunt.

248 Sed hirqui [*canthi*] lacrymas ſudant. Tota dentium ſeries infigitur in alveolos in utraque maxilla perfoſſos.

249 Inter

a *Cujus globulus extat prominentior in homine, quam in cæteris*

249 Inter tempora & naſum[a] (quem alii ſimum, alii reſimum, alii aduncum habent) interjectæ ſunt genæ ſive malæ; iſíque ſubſunt maxillæ.

250 Per nares, ut cloacam, demanat mucus; quem vibriſſæ detinent, nè exſudet, niſi muccinio [*ſtropbiolo*] mungatur.

b *In ejus medio, nympha; ſubter, bucula.*

251 Mentum[b] virile primùm lanugine, deinde barbâ; labrum uperius myſtace tegitur: quidam tamen imberbes ſunt, quidam barbatuli.

c *Cavum illud in imo colle, ſupra ſternon & claviculos, ubi potum jugulant.*

252 Anterior pars colli jugulum[c] eſt, poſterior cervix.

253 Thorax ſororiantibus mammis [*mammulis*] (quarum eminent papillæ,) turgidus, infernè ventrem habet, ad partes latera.

254 Coſtæ duodecim ab axilla cœptæ in hypochondriis deſinunt.

255 In inguine, ſub pube [*pectine*] ſunt pudenda [*verenda.*]

256 Infra ilia & coxas [*coxendices*] femora [*fœmina*] ſunt; ſub poplite ſura; ſub genibus[d] tibia & antitibiale. Illius os extremum in malleolum interiorem protuberat, hujus[e] in exteriorem.

d *Patellâ extrinſecus obvallatis.*
e *Fibula* dictæ.

f *Aſtragalum* [os baliſtæ] *cui innititur tibia.*
» *Partem ſuperiorem calci ex adverſo oppoſitam.*

257 A ſuffragine planta pedis eſt, talos[f] [*malleolos,*] calcem, calcaneum (quo calcamus) tharſum*, plantæ convexum [*dorſum,*] ſolum [*imam plantam,*] cúmque digitis hallucem continens.

g *Scapulas.*

258 Tergum ſupernè habet ſcapulas[g], poſt lumbos, ſubſequuntur nates, ſeſſionis gratiâ clunibus circumvolutas.

h *Quarum ampliſſima, os ſacrum, reliquas ſuffulcit.*

259 Spina dorſi totius ſtructuræ [*fabricæ*] ſultura eſt, ut erecti ſtare poſſimus: conſtituitur autem è triginta quatuor[h] vertebris contiguis, ut incurvari & inclinari queamus; quod non fieret ſi os continuum eſſet.

i *Largiore ſenſu comprehendit totum artum ab omoplata ad extremos digitos.*

260 Manus[i] in ſe continet lacertoſum [*toroſum*] brachium, cubi-

249 *Between the temples and the nose* [a] (*which ſom have flat, ſom crooked upward, others downward* or hook'd) *are placed the balls of the cheeks, and under them the jaw-bones.*

250 *Thorow the noſtrils, as thorow a kennel* [common ſink or ſewer] *runneth down the filth,* or ſnivel, *which the noſe-hairs ſtaie* [with-hold] *that it iſſueth not out, but when it is wiped with a handkercher,* or blown out.

251 *A man's chin* [b] *is covered firſt with doun* [a kinde of moſſineſs,] *then with a long and large beard, the upper lip with muſtacboes; yet ſom are beardleſs, ſom have beards begining to bud.*

252 *The former part of the neck is the throat* [c]*, the hinder part the nap.*

253 *The cheſt, ſtrutting out with ſwelling paps,* or full grown breaſts, (*whoſe nipples ſtick out*) *hath the bellie below, the ſides on* either *part.*

254 *The twelv ribs, begining at the arm-pits, end at the* hypocondria, the ſide-parts of the bellie under the five baſtard-ribs.

255 *In the leſk, under the groin or ſhare, are the privities* or ſecrets.

256 *Beneath the flanks* [hanch-bones] *and the hips* [huckle-bones,] *are the thighs; under the ham, is the calf of the leg; under the knees* [d]*, the leg* [ſhank] *and the skin. The end of the ſhank bone buncheth out to an inner ancle; the end of the brace,* or ſhin-*bone, to an outter.*

257 *From the paſtern* or hough *is the foot-bredth, comprizing the paſtern-bone* [e]*, the heel, the pitch of the heel* (*with which wee ſtamp,* trample, or tread on,) *the inſlep* [f]*, the ridg* or upper ſide of the foot, *the ſoal* [g]*, the great toe, with the leſſer toes.*

258 *The back hath the ſhoulder-blades aloft, the loins underneath; and next under, the breech* [ſeat, back-ſide] *bewrapped about with buttocks* [h]*, to ſit on.*

259 *The chine or back-bone* [i] *is the prop of the whole frame* or pack; *that wee may bee able to ſtand bolt up-right: now it is made up of four and thirtie* [k] *rack bones, joining cloſe one to the other, that wee may bend,* bow, *and ſtoop; which could not bee don, if the bone were all of one piece.*

260 *The hand* [l] *conteineth under it the brawnie arm,*

a The tip *or button* whereof ſtick's farther out in a man then in other things.

b It hath a doke or dimple in the mid'ſt; a double chin underneath.

c That hollow place in the bottom of the neck, above the breaſt-bone and collar-bones, where they ſtick a ſwine.

d Which are flanked or fortified with the knee pan or whirl-bone on the out-ſide.

e The cockal or croſs-bow-nut which the paſtern reſteth on.

f The upper part of the foot wriſt, over againſt the heel.

g *This, next the toe,* is the tread or ball of the foot.

h Ridg of the back.

i The largeſt whereof, the holie-bone, ſupporteth *& bouſtereth up* the reſt.

k In a larger acception it comprizeth all the joint from the ſhoulder-blade to the fingers ends.

the

i The bowt of the arm.
k Properly, the *cubit* is the outside of the lower half of the arm: the *ell*, the inside of it.

the elbow i [cubit k,] *the ell, the wriſt, the hollow of the hand: which beeing ſpread open, is the palm; beeing bent in, the fiſt: that giveth a ſlap* or box on the ear; *this ſtriketh a buffet* or cuff. *The back of the hand groweth not ſo hard or* brawnie *as the palm.*

261 *The fingers are five, each having three joints, and as many knittings* [couplings] *together of them, knuckles.*

262 *Wee thruſt* [lean hard] *againſt* a thing *with the thumb; wee point at with the fore-finger; the middle-finger reacheth* [ſtand's poking] *out fartheſt; between which and the little* l or leaſt finger *lieth the ring-finger.*

l Ear-finger: for it is in ſtead of an ear-picker.

263 *with the nails wee claw, ſcratch* [pick,] *tear, rend in pieces.*

264 *The left hand holdeth, the right hand worketh all things handſomly* [fitly,] *unleſs a man's ſelf bee unhandſom, awk, or untoward.*

265 *Hee that can uſe both hands alike, hath great odds of one left-handed.*

CHAP. 22.

Of the inward parts of the Bodie.

266 WEll ſaid: *let us now look into the bowels* or entrals.

a Shearers.
b Whereof the two or three laſt are called *teeth of wiſdom*, as beeing bred long after, about the age of 28.
b Tripes.

267 *Food* [nouriſhment] *beeing minced* [ſhred] *with the* a *fore-teeth, and champed with the great teeth* b or grinders (*for the cheek puff is the mill*) *is let down through the gullet* or weazon *to the mouth of the ſtomach* (*in four-footed* beaſts *firſt to the cud, then to the ſouſe, next to the panch, and at length to the right maw, called the Manifold,*) *and is girt in* [crowded, thronged, & pent up] *verie cloſe together aloft and below* (*the lower mouth of the ſtomach beeing cloſed ſtrait up;*) *where* (*all beeing broken ſmall, and paſſing well mingled and blended*) *it is maſh't* or boiled ſoft *by the firſt concoction, and wrought to a chyle,* after the faſhion of a white pap.

e The ſtomach-gut, the emptie, & the circled-gut.

268 *when* the chyle *is thus diſpatch'd, and thruſt down into the ſmall* d *guts through the lower mouth of the ſtomach* (*which now is untied* and opened wider;) *the meſaraick veins ſuck and draw it out, and having ſevered it from the groſſer offals* or refuſe (*which beeing voided out at the greater*

guts

cubitum * ulnam, carpum, [*brachiale,*] volam: quæ diducta, palma eſt; contracta, pugnus: illa alapam impingit, [*incutit,*] hic colaphum infringit. Dorſum manûs [*manus averſa*] non æquè occalleſcit ac palma.

* *Gibber brachii dicitur etiam cubitum.*

261 Digiti ſunt quinque, ſinguli articulos tres, & totidem artuum juncturas, condylos, habentes.

262 Pollice premimus, Indice monſtramus; Verpus [*medius*] prominet; inter quem & minimum † (Digitellum, Amatorem) interjacet [*interponitur*] Annularis.

† *Auricularem, eſt enim loco auriſcalpii.*

363 Unguibus ſcabimus, ſcalpimus, laceramus, lancinamus.

264 Siniſtra [*læva*] tenet, dextra operatur omnia aptè, niſi quis ipſe ineptus aut iners.

265 Ambidexter præ ſcævâ [*ſcævolâ*] multùm habet.

CAP. 22.

De Membris internis.

266 EJa, jam viſcera inſpiciamus.

267 Alimentum dentibus primoribus [*inciſoribus gelaſinis*] aut caninis inciſum, molaribúſque, commanſum (Bucca enim molendinum eſt) per gulam [*œſophagum*] ad ſtomachum (quadrupedibus primò ad rumen, tum ad omaſum, pòſt ad pantices, demúmque ventriculum verum, echinus dictum) demittitur, & ſupra ſubtérque compreſsè coarctatur b [*coangustatur*?] ubi omnibus contritis atque exquiſitè permiſtis, à prima concoctione mitigatur ac ſubigitur in chylum [*in cremoris cujuſdam ſpeciem.*]

a *Quorum duo vel tres ultimi dicuntur genuini* [ſophroneſteres] *quippe ſerò geniti, anno circiter 28.*

b *Pyloro artè intercluſo.*

268 Hunc ità confectum, ac per pylorum jam relaxatum in graciliora c inteſtina depulſum, venæ meſeraïcæ exſugunt ac prolectant; eúmque ab excrementis craſſioribus (quæ per craſſiora d inteſtina

c *Duodenum, jejunum ileon.*

[a] intestina & anum [*podicem*][b] foras egesta fiunt stercora, *merdæ, oleta*) secretum adferunt ad jecur (eâdemque operâ sanguinem ad intestina refundunt,) ubi denuò fit separatio.

269 Serosum meat ad renes (à quibus quasi per incerniculum percolatur) indéque per ureteres[c] vesicæ instillatur, & fit urina [*lotium*] quæ mejendo emittitur [*redditur.*]

270 Pinguior pars ab hepate rubedinem accipit, & fit chymus & sanguis; qui per venas distribuitur, & instar coacti roris unicuique parti agglutinatur & adhærescit, donec usquequaque assimiletur [*in ipsam ejus substantiam concedat* [*facessat.*]

271 Lien [*splen*] interim attrahit & rursus ejicit melancholiam, fel [*cystis, folliculus felleus*] bilem [*flavam choleram.*]

272 Pituita [*phlegma*] per omnia diffluit. Glandulæ sunt emunctoria per quæ humor redundans transspirat.

273 Cor in pectore medio situm[d], primum est vivens & ultimum moriens; proinde caloris plenum.

254 Quo sine requie palpitat, & vitalem spiritum progenerat, quem per arterias micantes quaquaversum [*quoquoversum, quoquoversus*] communicat.

275 Refrigeratur *cordis* ardor ab adjacente pulmone, respirando per arteriam asperam[e]; quâ tantillum læsâ, raucedo fit & tussis, ut & à clamore immoderato[f].

276 Hæc præcordia [*exta*] ab hypogastrio[g] [*inferiore ventre*] disjunguntur diaphragmate [*septo transverso*] à quo ad renes[h] diffunditur glandulosum Pancreas.

277 Omentum verò lactes obvolvit: Mesenterium intestinis circumjectum ea succingit, atque, ut ligamentum, lumborum spondylis astringit.

a *Cæcum, colon, rectum* [longanum,] *qua omnia unum habent ductum, at non eandem cavitatem.*
b *Portam quasi Esquilinam.*
c *Urina canaliculos.*
d *In suo pericardio, tanquam capsula involvitur.*
e *Cujus summum extremum larynx dictum, contegitur ab epiglottide; quæ, inter spirandum, sursum erigit se; inter edendum, laryngi incubat, & fissuram sive introitum obturat, nè quid cibi illabatur in pulmones.*
f *Si quis ad ravim usque vociferatur* [vocem intendit] *fit raucus* [raucessit.] g *Aqualiculo.* h *Sub ventriculo & duodeno.*

CAP. 23. *De accidentibus Corporis.*

278 Juxta exteriorem asspectũ quidã vidẽtur corpulenti, obesi, quadrati; alii graciles, exiles, macilenti[a] & stri-

a *Monogrammi.*

gosi;

†guts and fundament c, turn into dung and ſlinking ordure) they carrie it along to the liver (and withall d carrie back bloud to the guts:) where again there is a diviſion made.

269 The whayie part paſſeth to the kidnies or reins (of which it is ſtrained as through a ſerce) and from thence through the e urin-tunnels is dropped into the bladder, and turn's to urine or piſs f, which is let out by piſſing or making water.

270 The fatter part taketh a red color from the liver, and becommeth an humor and bloud; which is dealt out ſeverally through the veins, and like a jelled dew is glued and cleaveth to everie part, until in everie reſpect it bee made all one with it, and paſſeth into the verie ſubſtance of it.

271 In the mean time the milt or ſpleen draweth melancholie [black choler] to it, and caſteth it out again: the gall draweth yellow choler.

272 Phlegm runneth about over all parts. Kernels are drainers, through which the overplus of moiſture breathe's out inſenſibly.

273 The heart placed in the midſt of the breaſt †, is the firſt part living, and the laſt dying, and therefore full of heat.

274 By means of which it never lin's panting, or throbbing, and breed's the vital ſpirit, which it imparteth g all about thorow the h beating pulſes.

275 The ſweltring heat of the heart is cooled by the lungs [lights] lying next to it, by i breathing thorow the weazon* or winde-pipe; which beeing never ſo little hurt, there happen's hoarſneſs and the cough, as alſo by exceſſive crying out †.

276 These k upper entrals are parted aſunder from the lower belly by the midriff (a partition lying over-thwart:) from which to the kidnies * is ſpread out the ſweet bread, ful of kernels.

277 But the kall inveſteth [enwrappeth] the ſlender ſoft guts. The meſenterie l or midriff beeing caſt round about the guts, truſſeth them up, and, as a band, tieth them to the rack-bones of the loins.

† The blinde, the collick, the ſtraiton gut. All which have one thorow-gate, but are not all of the ſame bore or width.

c Sieg, cleft, arſ

d With one and the ſame labor.

e Piſsing-pipes.

f Lant, ſtale.

† Is wrap'd up in the heart-purſ, as in a cap-caſe.

g Everie waie.

h Panting, quavering, flickering.

i Fetching the winde.

* Whoſe upper end, called the throttle, is cover'd by the throat-flap [after-tongue:] which as wee are breathing, ſtarteth up: as wee are eating, it coucheth on the throtle, and ſtop's up the cleft or in-gate, leſt anie of the meat ſhould ſlip or glide into the lungs [go down the wrong waie.]

† As if one ſtrain his voice even till hee bee hoarſe. k The upper part of the bellie next the ſtomach. * Under the ſtomach and the next gut. l In a ſwine the neckinger.

CHAP. 23, Of things that befall the bodie.

278 According to the outward look [complexion, appearance] ſom look groſs [foggie,] plump, [fat,] well ſet: ſom ſlender, ſhrimpiſh, lean, meager, lank ſtarvlings:

lings : ſom fair [well-favored,] others ill-favored or miſ ſhapen a.

a Speckle-faced, crook-back'd or out-ſhouldered creeples.

279 In regard of the inner conſtitution, men are healthie [luſtie, in good plight,] or ſicklie and diſeaſed ; ſtout and ſtrong or weaklie and tender.

280 The curl-headed are ſoon readie to grow bald, the red-headed turn graie.

281 Such as have ſharp-copped crowns, are verie ſubject to b fall mad [frantick,] and are ſhut up in a cage or bedlam houſ.

b To bee frenzie, to bee diſtracted.

282 It is better to bee blinde of one eie, then ſtark blinde; to be deafiſh or thick of hearing, then quite deaf ; ſlow or unreadie of ſpeech c, then ſtammering or ſtutting ; liſping or tongue-tied, then dumb.

c Or to ſnaffle, to ſpeak in the noſe.

283 One ſquint-eied looketh awrie : hee that hath a rolling eie glanceth [glieth, gloreth, look's aſſent or glancingly]: hee that hath but one eie, is one-eied, blinde on one ſide. A blinkard [ſand-blinde] blinketh [is dim-ſighted] in the daie-time. The pur-blinde diſcerneth onely neer-hand d.

d One gogle-eied hath eies ſtaring, or ſtanding broad out. Pink-eied hath little eies. Hollow-eied hath eies ſunk deep in the ſockets.

284 Bottle-noſed are ſuppoſed to ſmell or ſent well : chuffe puff-cheek'd, and gor-bellied, to bee gluttons : joult-heads blobber-lipp'd, lall-ear'd e, tut-mouth'd, and ſuch as have hollowneſs by the throat-bones, are thought to bee dunc blo.k-heads, doults.

e Jobber-nouls, groutnouls.

285 Skin over-growing the nail, a wart, a wen, the King's-evil, a bunch huffing up, the diſeaſ in the noſe called Noli me tangere, and anie f ſwelling knob, do diſfigure.

f Whole ears hang flagging down.

286 So in like manner do moles or blemiſhes ; as, a freckle morphew, ſcurf, a ring-worm or tetter, a feſtered chin, ſwol veins ; leprie, and everie ſpot.

g Hard lump, ſplent, ſpavin.

287 Alſo if one go with the neck ſtiff and bending, or look downward.

288 Som count baldneſs a grace to them, others a diſgrace, or miſ-becoming.

289 Halting [lameneſs] com's by wrenching or putting a bone out of joint : otherwiſe neither the crump-footed, nor the ſplaie-footed, nor the crook leg'd or ſhackle-hamm'd, nor the ſwoln-ankl'd, nor narrow-kneed, nor flat-footed h are lame.

h Do halt, limp.

290 Galling, fretting or interfeering, is from rubbing of the skin.

291 Hee is gelt, [a gelding,] whoſe ſtones are taken from him

goſi; quidam formoſi, alii deformes [a].

a *Lentiginoſi, gibboſi, claudi.*

279 Secundùm habitudinem interiorem vegeti aut morboſi, robuſti aut teneri.

280 Criſpi facilè calveſcunt, rufi caneſcunt.

281 Cilones in phreneſin [b] proclives ſunt, & includuntur vacerræ.

b *Phrenitide.*

282 Præſtat [*ſatius eſt*] luſcum eſſe aut lippum quàm cœcum; ſurdaſtrum quàm ſurdum, hæſitantem quàm balbum [c] [*balbutientem,*] blæſum quàm mutum.

c *Aut balbâ dictione loqui.*

283 Strabo diſtortè, pætus obliquè contuetur: Cocles monoculus eſt, lumine altero orbus [*orbatus*:] Luſcioſus caligat interdiu: Myops non cernit niſi propè admota [d].

d *Exophthalmus habet oculos prominentes: Ocellus* [lucinus] *exiles: Cœlophthalmus reductos orbes.*

284 Naſuti [*naſones*] acriter odorari: Buccones & ventriculoſi manducones [e] [*ingluvioſi*;] capitones, labeones, flacci [f], bronci, & jugulis non cavis, bardi [g] eſſe putantur.

e *Gluttones.*

f *Quibus auricula flaccidæ propendent.*

g *Blitei, brutî.*

285 Reduvia, verruca, ſtruma, ſcrophulæ, polypus, gibbus, [*gibber*] & quodvis tuber deformant.

286 Similiter & nævi: Lentigo, vitiligo, porrigo, impetigo [*lichen,*] mentagra [*mentigo,*] varix, lepra, & omnis micula.

287 Item ſiquis obſtipus incedat, aut cernuus.

288 Calvitium alii ſibi decori reputant, alii dedecori.

289 Claudicatio à luxatione eſt; alioqui nec loripedes, nec valgi, nec vari; nec ſcauri, nec panſæ, neque compernes claudicant.

h *Planti, plantæ.*

290 Interrigo ab attritu eſt.

291 Spado eſt, cui teſticuli [*colei*] ablati ſunt.

CAP. 24. *De Morbis.*

291 VEntriculus malè affectus est ægritudinum origo: inanis eiurit ac sitit: opplectus [*infarctus*] singultit et ructat. fastidiosus escam fastidit et ingestam reiputt: crudus [*cùm eum prægravat quid indomitum & incoctum*] nauseat. E cruditate fiunt ructus, singultus, & rugitus flatulenti.

a *Hinc anorexia* [appetentia diminuta:] *bradypepsia* [concoctio tardior:] *boulimia* [appetentia canina] *pica* [malacia.] *Cardialgia, cùm cordis scrobiculus dolet.*

293 Pallor et tremor cachexiam, hoc est, valetudinem debilem et languidam: marcor, torpor b, ac veternus ['*ethargus*] enervatam arguunt.

b *Ut cùm pes torpet.*

294 Morborum, quibus conflictamur, alii dolorem, alii stuporem, alii pruritum duntaxat, alii convulsiones, inducunt d: sed recidivi cum vehementia plerumque conficiunt.

c *Ut passiones hysterica* [uteri præfocatio.]
d *Alii acuti, alii sontici.*

295 Decumbentium ac febricitantium vires decrescunt; qui, si non brevi convalescunt, fiunt valetudinarii, &, quod pejus, clinici.

296 Hoc solatio est, cui multum doluit, dedoluit.

e *Capitis dolor.*

297 Cephalalgia e, [*cephalæa*] & hemicrania (potissimùm si cranium [*calvaria*] solidum os sit) aut vertiginem, aut delirium aut furorem & maniam caussatur.

298 Odontalgia fit, cùm parvuli dentiunt, aut pòst gingivæ putrescunt f.

f *Acerborum esu dentes obstupescunt: interdum crepitant præfrigore, vacillant, stridens.*

299 Lippitudo est cæcitatis præparatio: nec creber auium tinnitus bonum portendit.

300 Gravedo [*rheuma*] aut coryza est catharri destillatio: asthma [*peripneumonia,*] seu respirationis difficultas facit anhelum.

301 Nè columella g laxior propendeat, néve angina [*synanche*] tonsillas inflammans & angens h strangulet fauces, guttur gargariza.

g *Gargareon, curculio*, plectrum vocis.
h *Gulam interstringat.*

302 Languores & animi deliquia [*lipothymiæ, syncopi,*] aceto (quod in acetabulis adfertur,) reficiuntur.

303 Lien-

CHAP. 24. Of Diſeaſes.

392 A *Diſtempered ſtomach is the ſource* [original cauſ] *of ſickneſſes* a. *beeing emptie, it is hungrie and thirſtie: beeing ſtuffed or* cramm'd full, *it hickopeth*, yexeth, *and belcheth: beeing queazie* or [queamiſh, *it loatheth meat and ſpit's it out again beeing thruſt in* [meat is fulſom and goeth againſt the ſtomack:] *beeing raw, or if anie thing overchargeth* [lieth heavie in] *it, undigeſted, it wambleth. Of rawneſs* or undigeſtion *com belchings, hickoping* [yelping] *and windie rumbling.*

a *Hence is* want of appetite (when a man hath no ſtomach) undigeſtion, unſatiable hunger, unnatural longing, heart-burning, when there is a pain at the heart ſpoon.

393 *Paleneſs* [a bleak look] *and quaking argue ſicklineſs, that is, a weak and languiſhing*, pining *conſtitution: an heavie deadneſs, a dull numneſs* b, *and the* c *drowſie ſickneſs, ſhew that the health is enfeebled* or empaired.

b As when the foot is aſleep.

c A dead-ſleep.

394 *Of diſeaſes* or maladies *which wee encounter with, ſom procure ake* or *ſmart, ſom numneſs* [no feeling] *ſom an itching onely, ſom cramps* d, cricks, ſhrinking of ſinews: *but relapſes, for the moſt part, diſpatch* and kill men *with their vehemence* [fierceneſs.]

d As fits of the mother.

395 *The ſtrength of them that* e *keep their beds, and are aguiſh, waſteth* f [abateth;] *and if they recover not within a while, they becom crazie, and* (*which is worſt*) *bed-rid.*

e Lie ſick a bed.

f Groweth leſs and leſs.

396 *This is a comfort, bee which hath felt much pain, is paſt feeling pain.*

q That ſet anie thing together, which goeth with vices and gins: which may be taken out, and put together again.

r Who, with a Turner's wheel, turn works that are turned, *embоſſed, carved.*

ſ Hire.

t Coul-ſtaves.

* A piller hath a ſhaft (*ſpindle*) a quadrant or ſquare below to ſit on, a chapter or head, a foot, a foot-ſtall.

537 *Otherwiſe it falleth down* [goeth to wrack] *and run's to ruine* [becom's a ruinous heap] *and rubbiſh.*

538 *Therefore begining to totter and reel* [ſwerv and lean to a ſide] *it muſt need's bee* n *ſhored up with ſom arch* [buttreſs] *or other props* [ſhores, ſtaies,] *if it bee faln to decay, ſhattered or readie to fall, it muſt bee either repaired or pulled down: beeing faln alreadie, or thrown down to the bottom, it muſt bee made up, and built all anew.*

539 *A wilde* [large] *dwelling houſ*° *maketh a convenient dwelling; a narrow* [over-cloſe p] one make's *an inconvenient* [unhandſom] *ſeat.*

n Underſet, upheld.

o Tenement.

p Straiter then is fitting.

CHAP. 49. Of a Houſ, and the parts of it.

540 *BEeing readie to go in at the fore-door into a houſ, for fear you go out of the waie, ſtand ſtill in the entrie* [porch, portal,] *and look upon the fore-front; and then knock at the iron ringel.*

541 *If anie bodie looketh out at the latteſs or caſement, deſire that* the door *may bee opened: if bee openeth* it, *lift up your foot, leſt you ſtumble at the threſhold: duck down your head* [ſtoop,] *leſt you hit ar daſh it againſt the lintel: the ſide-poſts* [door-cheeks, jaums] *will bee on either ſide* thee.

542 *When thou art paſt the door, ſhut it, by ſparring it with the great bar, or at leſt the bolt, to keep out others from coming in.*

543 *That the hinges may not grate, nor the door creak, ſtir them but ſoftly.*

544 *Out of the fore-court* [hall] *there lieth open an*ª *entrance to other inner roomsiby the ſteppings of plain ſtairs*ᵇ *or winding ſtairs*ᶜ, *there is a going up to the upper lofts.*

545 *The roof beeing ſhelving to ſhoot off rain, lieth upon*ᵈ *baulks* [wall-plates, principals:] *the tiles, gutter-tiles or ſlates, on rafters* [tranſams,] *bauſries and ſpars; (whoſe tenns are put into mortis-holes:) the thatch't top* [ridg, coat] *is of ſtraw or brick.*

546 *Out-works* [additions to the main building] *as, leantoes, pent-houſes; alſo out-juttings, and eavs to caſt off the eavs-droppings; galleries, garrets, balconies* [tarraſſes] *reſting upon buttereſſes, anticks* [ſupporting images] *pinacles*ᵉ. *Battlements keep* men *from tumbling down head-long.*

a Ingate.

b A pair of ſtairs ſet faſt, or a moveable ladder,

c Which are jointed together about a ſpindle [ſpunk.]

d The braces binde down and hold faſt the dormans to the ſtuds [upright poſts,] and ſean on them both.

e Turrets, lanthorns, wether-cocks [vanes] or the like, *to garniſh the top.*

547 The

537 Aliàs ruit, et fiunt ruinæ parietinæ ac rudera.

538 Vacillantem itaque et devergentem [*declinantem*] pilâ * vel aliis fulcris fulciri: vitium facientem, quassatam, aut labantem [*semirutam*] vel refici vel dirui, collapsam aut funditus destructam instaurari, reparari, et de integro renovari necesse est.

* *Auteride, erismate, tibicine.*

539 Domicilium amplum commodam facit habitationem: arctum & angustius æquo, incommodam.

CAP. 49. *De Domo ejúsque partibus.*

540 INtroiturus [a] per anticam in ædes, nè aberres, in [b] vestibulo subsiste, & frontispicium intuere: demum pulsa cornicem [*cantharum, marculum ferreum.*]

a *Successurus.*
b *Propylæo, prothyre.*

541 Siquis per transennam [*clathros, cancellos*] aut fenestram apertilem prospectat, aperiri roga: si aperit, pedem, nè ad limen [c] offendas, attolle: caput, nè ad superliminare [d] allidas [*impingas*,] submitte: utrinque postes erunt.

c *Hypothyrum.*
d *Hyperthyrum.*

542 Ubi pertransiveris ostium, occlude, pessulum obdendo, vel obicem saltem, ut aliis præcludas introitum.

543 Cardines nè strideant, aut fores crepent, lentè commove.

544 Ex attio in cætera conclavia patet aditus: per scalarum [e] aut cochleæ [f] gradus, est ascensus ad superiores contignationes.

f *Quæ sunt fixa aut gestatoria.*

545 Tectum ad dejiciendam pluviam devexum, columinibus incumbit [g]; tignis, cantheriis, et tigellis (quorum cardines extremi in columbaria inseruntur) tegulæ, imbrices vel scandula: Culmen stramineum est, vel lateritium.

g *Cochlides coassantur per scapum.*
h *Columina arrectariis capreali* [*fibulæ*] *utrinque inclinantes revinciunt & destinent.*

546 Additamenta sunt, appendices, compluvia: itémque (ad projicienda stillicidia) projecturæ et suggrundia: Meniana et antibus [*antis*] innixæ pergulæ [*podia*] atlantides [*telamones*] coronidésque [h]. Lorica præcipitium prohibet.

h *Acroteria, pinna (ut trinones seu ventorum indices, exstantes columella aut imaguncula.)*

547 Area, ſive ſit lata, ſive anguſta, impluvium dicitur: per poſticum exitus [*egreſſus*] eſt alió.

548 Sera clave clauditur ac recluditur, id eſt, obſeratur & reſeratur.

CAP. 50. *De Hypocauſto.*

a *Vaporarium.*

549 HYpocauſtum[a] calefit fornace: linteamina, quibus indormimus, uvida [*ſubuvida*] thalpolectro [*thermoclinio.*]

b *Hic obductum operimentum truſatile tenebras omnibus effundit.*

550 Feneſtræ vitreæ lumen tranſmittunt: ligneæ ſunt cancellatæ aut clathratæ [*quas clathri reticulati obſepiunt*[b].

551 Pavimentum fiſtucâ pavitum, ac teſſellatum eſt, aut vermiculatum [*ſegmentatum:*] laquear [*lacuna:*] tabulatum aut fornicatum [*arcutatum, fornicibus ſuſpenſum:*] ubi arcus teſtudinis in tholo conveniunt, et decuſſatim ſe interſecant.

552 Servandis rebus receptacula [*reconditoria*] ſunt; area, arcula, [*ſcrinia,*] armaria, riſci, veſtiaria, thecæ, capſæ, capſulæ, ciſtellæ. Transportandis verò, ſportæ, cophini viminei [*caniſtra,*] calathi, quali, quallilli, &c.

CAP. 51. *De Cœnaculo.*

a *Lectus*, qui olim erat & diſcubitorius & cubicularius.
b *Vel ab architriclino.*
c *Sive cœnationem opere intoſtino veſtitam.*
d *Pollubrum, pelluvium.*

553 MEnſæ[a] mappâ inſtratæ lances & diſci (ſive ſint orbes ſive quadræ) ſuperponuntur, ut et ſalinum.

554 Apponuntur è caniſtro, panis collyræ, aut buccæ, buccellæ ſciſſæ, tum fercula.

555 Invitati convivæ, à convivatore[b] in cœnaculum [c *triclinium*] introducuntur.

556 Et ubi ſuper pelvim ex aquali, aut ſuper malluvium[d] è gutturnio, ſe laverunt, & mantili [*manutergio*] terſerunt, per ſcamna vel diſpoſita ſedilia cum pulvinis (ſuppoſitis ſcabellis) accumbunt.

e *Paropſide.*
f *Decide.*

557 In procinctu eſt ſtructor, qui dapes appoſitas præliabat, delibat et diſtribuit [*diſpertitur*] aliis.

558 Juſcula & pulmenta ſorbe è catino & gabatâ[e], vel cochlearibus ſume; cætera edulia [*cibaria*] cultro (quem manubrio tene) diſcerpe (portiunculam decerpe[f] & aſſidenti præbe:) ſin refrixerint, recaleſcant ignitabulo [*autheps â, foculo*] ſubdito.

559 Civiles

547 *The court-yard, whether it bee broad or little, is called the ſquare court* [b] *(where the rain fell in, and was ſaved.) There is an out-gate* [a going out] *another waie, through the poſtern* [back gate.]

548 *With a key a lock is made faſt, and is opened; that is, is lock'd and unlock'd.*

b Surrounded with buildings, but open at top.

CHAP. 50. Of an Hot-houſ.

549 *A Stove* [hot-houſ] *is warmed with a fornace* [a]*; daniſh bed-ſheets, which we lie in, with a warming-pan*

550 *Glazed windows* [windores] *let in the light clean thorow the glaſs: wooden* ones *are latteſſed or grated* [fenced in with croſs-bars, latteſs-wiſe [b].]

551 *A floor is paved with a rammer, or laid with ſquare ſtone, or checker-wrought with fret-work: the inner roof is planch erd with board, or* [c] *arched: where the arches of the vault meet in the ſcutcheon, and cut thorow one another.*

552 *Store houſes to keep things in, are cheſts* [hutches,] *coffers, preſſes, trunks, ward-robes, caſes, caskets, farſets, little boxes: but for carrying things from one place to another,* are *baskets, wicker-panniers, hand-baskets, flaskets, hampers, &c.*

a Kiln.

b A draw-window [*a ſhut*] beeing ſhut in, darkneth all.

c Embowed.

CHAP. 51. Of the Dining-room.

553 *When the* [a] *table is ſpread with the table-cloth, diſhes are ſet upon it, and trenchers (whether they bee round or ſquare,) as alſo a ſalt-ſellar.*

554 *Out of the bread-basket* [b]*, loavs* [ſhives] *of bread are ſet on the tables, or pieces,* [c] *morſels cut; and then meſſes of meat.*

555 *The gueſts that are bidden are brought* [led] *in by the feaſtmaker* [d] *into the dining-room* [parlor [e].]

556 *And when they have waſhed over a baſon out of an ewer, & have wiped on a towel; they ſit down upon benches or ſtools ſet in order with cuſhions, having foot-ſtools ſet under* them.

557 *The carver is readie, at hand, who taſteth firſt, takes a ſmack of the meats ſet before him, and carveth them out to others.*

558 *Soop off pottage* [broth] *and water-gruel out of a pottinger, or eat it with ſpoons: other viands* [victuals] *cut aſunder with a knife (which you muſt hold by the haft;) cut off a ſmall part, and offer it to him that ſit's next: but if they bee cold, let them bee heated again, by putting a chafing-diſh under.*

a A cloth is laid.

b Bin.

c Bits, mouthfuls.

d Or the ſewer, or feaſthainer, *that ordereth all.*

e Which is ciel'd with wainſcot.

559 *Mannerlie* folk *lick not their lips, nor lap*[slap] *with their tongue loll'd* [c] *out (which is the trick of a sloven* [d]*,) but wipe them with a napkin:*

560 *Nor do they eat greedily, or swallow down whole* [e] *gobbets and morsels, but chew it small as they eat it; and draw forth a pick-tooth.*

561 *Flies, if they bee not driuen away with a flie-flap, breed* [f] *maggots* [gentils.]

562 *Golden and gilded beakers* [bowls,] *cruzes* [chalices,] *great cups* [jugs,] *crystal-glasses, cans, tankards, and two-ear'd pots are brought forth out of the cup-board and glass-case, and beeing rins'd and rubb'd with a pot-brush, are set on the liverie-cup-board.*

563 *(A goblet is a drinking-cup with a broad wide mouth.)*

564 *Then the drawer* [butler] *draweth out strong wine; but the cup bearer* [that filleth the cup] *powreth it* [g] *at large out of the bottle, jug, or pitcher; fill's up the drinking-cup full to the verie brim, and reacheth* it; *and* so *they drink healths* [heartie draughts] *one to another.)*

565 *Hee that set's out a rich, costly* [sumptuous] *feast, (which hath choice banquets, not without venizon, yea, and diverse courses* [services:] *such a one would fain seem to keep a bountiful house* [a verie good table,] *not a poor miserable* one: *Private suppers at home are more moderate and sparing.*

566 *unto rosted meats are also added* [h] *sawces in sawcers, cabbage lettices, radish, verjuice, sallets: also fruits kept in pickle,* as *olives, capers, cucumbers, beets, and at last, sweetmeats, junkets, comfits* [banquetting stuff] *and presents given to carrie away.*

567 *But the truth is, pleasant conference* [merrie discours] *is the chiefest sawce.*

568 *Stout feeders* [good trencher-men] *eat up all, and do nothing else but devour* [never lin worriyng:] *betimes in the morning they break their fast, at noon they dine; when the daie is far spent, they take their beaver, late at night they sup; yea, having newly dined* [presently after dinner] *they have a stomach to supper: but let them that lead a sitting kinde of life, and most within doors,* [i] *refrain from breakfast and* [k] *beaver; and let them not sip the least pittance of wine next their hearts.*

569 *To bee often eating, and full fed thrice a daie, is hurtful, unless it* bee *sparingly.*

c Thrust.
d Unmannerly, one of a rude carriage [*demeanor*] that behaves himself like a clown.
e Collops.
f Dung; mute; *if one speak of birds.*
g Plentifully.
g Sippets.
i Abstein.
k Afternoons drinking.

CHAP.

559 Civiles labia non exsertâ linguâ lingunt lambúntve (quod est inurbani [d],) sed mapellâ detergunt:

d *Sordidi, immodesti, qui moribus est agrestibus, & rusticè se gerit.*

560 Neque tuburcinantur, aut bolos et frusta deglutiunt: sed mansitando [e] comedunt, & dentiscalpium expediunt.

e *Mordicus atterendo.*

561 Muscæ, ni muscario [*flabello*] abigantur, egerunt eulas [*termites.*]

562 Proferuntur [*depromuntur*] è repositorio & hyalotheca aurei & argentei, deaurati crateres, cyathi [*calices,*] scyphi vitra crystallina, canthari, cululli & diôtæ: echinóque defricata ac proluta, in abaco [f] reponuntur.

f *Argyrotheca.*

563 (Patera est patulo & repando orificio poculum.)

564 Tum cellarius temetum depromit: pincerna verò affert in medium; ex obba, vel hirnea (*cernea, utre,*) vel cantharo fusè infundit: cyathum ad summum usque marginem [g] implet, et porrigit; propinántque alii aliis geniales haustus.

g *Labrum, oram, coronam.*

565 Qui opiparum ornat convivium (quod exquisitas habet epulas, non absque ferina, & quidem diversos missus;) is videri vellet lautiori [h] vivere apparatu, non tenui aut sordido: domicœnia verò moderatiora & frugaliora sunt.

h *Splendido.*

566 Assaturis superadduntur in scutellis [i] embammata [*intinctus,*] lactucæ, sessiles, raphanus, omphasium, acetaria: item salgama, olivæ, cappares, cucumeres, beta, tandémque bellaria, tragemata, hypotrimmata, & apophoreta.

i *Oxyhaphis, acetabulis.*

567 Verùm enimverò féstiva colloquia [*lepidæ confabulationes*] præcipuum sunt condimentum.

568 Edaciores omnia exedunt; nîl nisi vorant: multo mane jentant, meridie prandent, multo die merendant, multâ nocte cœnant; imò [k] confestim à prandio cœnaturiunt: sed qui sedentariam & umbratilem vitam agunt, jentaculo et [l] merendâ abstineant: nec quid vini sorbillent jejuni.

k *Jamjam pransi.*

l *Antecœnio, silaeo*

569 Ter de die esitare & saturari nocet, nisi parcè.

CAP. 52. *De Cubiculo.*

570 IN dormitorio sponda & fulcra [*fulmenta, clinopodia*] cubile sustinent; sed deficiente lecto, storea substernitur, aut matta [a].

a *Aut, urgente necessitate, stramentum.*

571 Strato superinjicitur lodix & peristroma, et huic cervical [b]: tegetibus & stragulis nos integimus.

b *In quod cervix reclinatur.*

572 Pulvinar plumeum est: culcitra tomento farcta [c]. Pulvillis insidemus.

c *Aut plumis inculcata.*

573 Matula vesicæ levandæ, & secessus [*latrina*] vel scaphium alvo exonerandæ, cubiculo necessaria requisita sunt.

574 Grabbatus [d] cum conopeis pro meridiana reclinatione est.

d *Anaclinterium.*

575 Qui supinus cubat, incubo [*ephialte*] molestatur: qui pronus dormit, anhelitu.

576 Si edormisti, et evigilas, vigila nè obdormias rursum; exporrectúsque primâ luce, admodum diluculò alios fortiter inclama, donec expergefeceris.

577 Hyberno [*hyemali, brumali*] tempore antelucana diligentia probatur [e].

e *Etiam ante gallicinium.*

CAP. 53. *De Balneo & Munditie.*

578 LImpidâ faciem sæpiùs abluere, est munditiëi tantùm: fuco fucare vel purpurissa oblinere, spurcitiëi. Apage pulcritudinem fictitiam, mentitam, adventitiam, & lenocinio asciram.

579 In thermis artus torpidi foventur calidâ vel tepidâ. Lavacra & balneæ sordes ac eluvies eluunt; omnem pædorem, sudorem & squalorem absterguntet defricant.

580 Ubi tamen honestatis ergô subligacula [*subligaria*] & castulæ locum habent.

581 Sed vestimenta immunda [*sordida*] lavantur in labro à lotrice, & lixivio ac sapone [*smegmate*] mundantur [a]; aut everruntur setaceo pectine, aut exterguntur spongiâ: Collaria roborantur amylo [b].

a *Reddantur munda.*

b *Lapide lavigatorio lavigantur.*

582 Cili-

CHAP. 52. Of the Bed-chamber.

570 IN the [a] *lodging-chamber, the bedſted* [bed ſides] *and beds-feet bear up their bedding* [couch;] *but for want of a bed, a matreſs or mat is ſpread under us* [b].

571 *Over the under-bed is laid a ſheet and blanket, and over it a bolſter* [c]: *wee* [d] *wrap up* [cover] *our ſelvs in coverlets and bed clothes.*

572 *A pillow is of feathers: a bed-tike is ſtuffed with flocks, or with feathers. Wee ſit upon cuſhions.*

573 *A chamber-pot to* [e] *make water in, and an* [f] *houſ of office or cloſe ſtool, wherein to eaſ the bellie* [go to ſtool,] *are requiſite neceſſaries for a lodging-chamber.*

574 *A pallet* [couch] *with canopies to* [g] *reſt* [lie down] *on at noon.*

575 *Hee that lieth ſprawling* [on his back, with his face upward] *is troubled with the heg* [night-mare:] *he that ſleepeth grovling* [on his face,] *with purſeeneſs* [ſhort-windedneſs.]

576 *If thou haſt ſlept enough, and awakeſt, watch, that thou falleſt not faſt aſleep again; and beeing awake, call up others aloud verie early, at break* [peep] *of daie, until thou haſt wakened them.*

577 *In winter-time, to take pains before daie-light, is allowed* [well liked] *of* [h].

a Sleeping room, place of repoſe.
b Or, for a need, a pad of ſtraw.
c On which the neck reſteth, or lean's down.
d Hill.
e Eaſe the bladder.
f Privie.
g Repoſe.
h Yea, even before the time of cock-crowing.

CHAP. 53. Of Bathing and Cleanlineſs.

578 TO *waſh the face ſomwhat often with clear* [fair] *water, is but cleanlineſs: to color it with counterfeit color, or bedaub it with* [a] *painting, is a lothſom naſtineſs. Fie upon feigned, forged beautie, that is laid on, and gotten* [procured] *by a baudie kinde of trimming.*

579 *In hot-baths, joints that are* [b] *benummed are ſuppled* [bathed] *with hot water, or luke-warm. Waſhing*-[bathing]-*places and baths waſh off ſluttiſhneſs and filth, they cleanſ and ſcour away all dirtineſs, ſweat and foulneſs.*

580 *Where yet for decencie* [comlineſs] *ſake, breeches and aprons have* their *uſe.*

581 *But foul garments are waſhed by the landreſs in a waſhing* [c] *boul, and made clean with lie and ſope, or are bruſhed with an hair bruſh, or are wiped clean with a ſponge. Neck-bands are ſtiffened with ſtarch* [d].

a Cheek-varniſh.
b Stark.
c Bucking-tub.
d Smoothed with a fleck-ſtone.

582 *Wee*

582 *Wee our ſelvs are rubbed with an hair-cloth, a gravel and pumice ſtone* [c]; *ſmall veſſels are rubbed clean with a wiſp of ſtraw, or* the herb *horſ-tail* [ſhave-graſs] *or with a briſtly bruſh: ſweepings and ſcraps are ſwept away with beſoms* [f].

c A ſucking-ſtone full of little holes

f Brooms, bruſhes

583 *Where there want's pits* [wels] *alwaies holding water (out of which, beeing encompaſſed* [ſurrounded] *with a brink* [verge,] *a man may draw with a ſwipe, and a ſcoop, or a bucket:) it is meet that conduits bee made thorow pipes and water-courſes, or thorow trenches* [gutters.]

584 *A Barber, with* his *ſciſſers, polleth* [notteth] *the hairs of the head, (in times paſt, with little pincers* [g] *they pluck'd* [nipp'd, twitch'd] *them off; as they did alſo pull off the fleeces of hog-ſheep, whom now a daies wee ſhear) or elſe ſhaveth it off, and maketh it bare with the edg of a razor.*

g Twitchers, nippers.

585 (*The Bath-keeper, over and beſides that, ſcrubbeth* men.)

586 *The buſh of hair (which the high-Dutch* [h] *wear long; the Polonians have ſhagg'd fore-tops) is kemb'd with a comb. Som womaniſh men curl* or frizzle their *locks (forſooth) with a curling-iron; and beeing bal'd (fie for ſhame!) fit perivigs to their heads: who deſerv indeed to go in long coats* [ſo trail along a ſweeping robe with a long train after them,] *and to ſtrive with women for the faſhion in all points.*

h Let grow out at length.

587 *Ointments, perfumes, pomanders, ſweet-powders,* [i] *ſweet balls, and beſprinklings out of ſweet-glaſs-bottles, are for nice tender fillie fellows* [*], *that minde nothing elſ but pleaſure: wherewith beeing annointed, they ſmell ſweet.*

i Musk balls.

* And ſenſual.

CHAP. 54.

Of Marriage, and alliance by Marriage.

588 MArriage *is when husband and wife dwell together as yoke-fellows.*

589 *A batchelour* [ſingle-man] *intending to marrie, look's him out a marriageable, handſom, beautiful maid, with a dowrie, to woo; a widower* look's out *a widow. If one of noble birth join's in marriage with a woman of the common ſort* [of the yeomanrie,] *bee is thought by an unequal match to diſparage and diſgrace his parentage* [familie, ſtock.]

590 (*Portion* [a] *and feature ſomtimes ſtir up fellow-ſuters to the ſame woman: but women that have nothing to their portion, for the moſt part remain* [b] *unmarried, even when they grow antient* [in years.]

a *Dos* is a dowrie, and a jointure.

b Tarrie.

591 *When*

582 Cilicio, topho ac pumice [a] noſmet ipſi fricamur: vaſcula ſtramento, vel equiſeto, vel echino ſtringuntur, quiſquiliæ & analecta ſcopis verruntur.

a *Lapide bibulo & fiſtuloſo.*

583 Ubi putei juges deſiderantur [*deſunt*] (è quibus crepidine circundatis, tollenone et hauſtro vel ſitulâ haurias: aquæductus per tubos [*ſiphones, ſiphunculos*] et canales, aut per incilia fieri convenit.

584 Tonſor crines forpice tondet (olim volſellâ vellebant, ut et bidentum vellera, quas hodie tondemus) vel abradit et deglabrat novaculæ acie.

585 (Balneator inſuper ſcarificat.)

586 Coma [*cæſaries*] (quas Germani [b] alunt, Poloni capronas) pectine pectitur. Effœminati nonnulli cinnos calamiſtro (ſi diis placet) criſpant; & calvi [proh pudor!) comam aſcititiam [c] [*ſutile capillamentum*] adaptant [d]. Digni ſanè, qui cycladas cum ſyrmate tractim geſtent, et muliebrem habitum per omnia æmulentur.

b *Promittunt.*

c *Adoptivam.*

d *Aſſiſcunt.*

587 Unctiones, ſuffimenta [*ſuffitus,*] paſtilli, diapaſmata, odoramenta, aſſperſionéſque ex ampullis, ſunt mollium homuncionum et voluptuariorum; quibus deliburi, fragrant.

CAP. 54.

De Conjugio & Affinitate.

588 COnjugium eſt, cùm maritus & marita, ut conjuges cohabitant.

589 Cœlebs matrimonium initurus, diſpicit ſibi quam ambiat [*prociat*] virginem nubilem, elegantem, formoſam atque dotatam; aut viduus viduam. Siquis nobilior cum plebeia matrimonium contrahit, conjugio diſpari natales ſuos dehonestare [*dedecorare*] putatur.

590 (Dos & forma nonnunquam rivales exciunt: at indotatæ, etiam grandiores [*grandevæ*] maximam partem manent innuptæ.)

591 Procus cùm obtinet ut ei deſpondeatur, fit ſponſus; & quæ nubit ei, [a] ſponſa: ille ſuum pronubum [*paranymphum, proximetam*] habet; hæc ſuas pronubas, & an-
591 nulum pronubum.

a *Nympha.*

2 Poſtquam, auſpicibus parentibus, fide conceptis verbis mutuò datâ [b] confarreantur: à nuptiis conſummatis vir & uxor dicuntur; poſtridie [c] nuptiarum fiunt [d] repotia.

b *Matrimonio copulantur.*
c *Poſtero die.*
d *Epulum nuptiale*

593 Qui natam elocârunt, dicuntur ſocer & ſocrus: qui eam *in uxorem* duxit, gener: quæ nupſit, nurus: reliqui [e] agnati ex eo ſe affinium titulo cohoneſtant: Levir compellat glorem.

e *Agnati habentur propinqui ex parte patris.*

594 Si connubium minùs alteri arriſit, integrum fuit ei pridem nuptam repudiare; quæ, divortio facto, foràs exactas res ſuas ſibi habere juſſa eſt, & divertere: Hodie nîl niſi alterutrius obitus ſejungit. Uxorius non eſt ſui juris, ſed uxori obnoxius.

CAP. 55. *De Puerperio.*

595 UT ſexus, ità conjugalis copula thalamúſque prolis cauſâ eſt.

596 Vir, qui recens natum infantem de ſuo alit; an mulier gravida, quæ & tenellum [a] embryonem & fœtum comformatum in utero [b] [*matrice*] geſtat; uter horum majori pietate ac reverentiâ colendus eſt? Uterque [c] ſecundùm Deum, quâ fieri poteſt ſummâ.

a *Indiſcretam & indiſtinctam maſſam.*
b *Vulva* In brutis.
c *Cùm à Deo diſceſſeris.*

597 [d] Puerpera, poſtquam peperit, ſex ſeptimanas [*hebdomadas*] latitare lege tenetur.

d *Parturiens ſenûs terminos.*

598 Pater gignit: mater [*genetrix,*] niſi abortit, parit, filióſque & filias enititur, quandoque eodem partu gemellos (at abortus [e] non evadit vitalis.

e *Abortivus.*

599 Ambo educunt, ſuaviunt, oſculantur, amplectuntur, in ſinu gremióque refovent.

600 Non eodem, quo illi, modo vitricus & noverca privignos diligunt; quia neuter genitor eſt.

CAP.

591 *when a ſuter* [wooer] *obteineth one to bee* [b] *betrothed* [made ſure] *to him, hee is made a bridegroom; and ſhee which is to bee married to him, a bride: hee hath his bride-men, and ſhee her bride-maids, and wedding ring.*

[b] Eſpouſed, affianced.

592 *After that* ([c] *their parents beeing the chief doers in making the match*) *they bee joined in wedlock, by plighting their troth each to other in a ſet form of words: after the marriage is finiſhed, they are called man and wife: the daie after the wedding, is the* [d] *bridal kept.*

[c] By the autoritie of.

[d] Wedding feaſt.

593 *They that have matched out a daughter, are called a father-in-law and mother-in-law: hee that hath married her* [taken her to wife,] *is their ſon-in-law: ſhee which is married, a daughter-in-law: thereupon the reſt of the kin call* [e] *couſins* [grace one another with the title of kinſmen by marriage:] *her husband's brother calleth her* [f] *ſiſter-in-law.*

[e] *Agnati*, are counted kinſmen by the father's ſide.

[f] My brother's wife, or my husband's ſiſter.

594 *If the match did not ſo well like* [pleaſ] *the one partie; of old* [long ago] [g] *it was free for him to put away his married wife, and being divorced from each other, ſhe was driven out of doors, and bidden* [h] *to take what was her's and hee gon: At this daie nothing parteth* [put's them aſunder] *but the deceaſ of either of them. A meacock is not his own man, but* [i] *curb'd* [held at a bay] *by his wife.*

[g] Hee was at his choice or libertie

[h] Commanded.

[i] In his wives danger: afraid to anger his wife.

CHAP. 55. Of Childe-birth.

595 *AS the ſex* [the difference between [a] male and female,] *ſo the bond of wedlock and the marriage-bed is for iſſue* [off-ſpring] *ſake.*

[a] The Hee, and the Shee.

596 *The man that keep's the new-born babe at his own charge, or the woman* [b] *great with childe, which beareth the fruit in her womb (both when it is tender and* [c] *unſhap'd, and after it is ſhaped* [faſhioned]) *whether* [which] *of theſe deſerveth to bee reverenced with kinder affection, and more awfulreſpect? Both of them with as much as is poſſible, next after God.*

[b] Big-bellied.

[c] A ſhapeleſs lump.

597 *A woman* [d] *in childe-bed* [e], *after ſhee is brought to bed* [delivered,] *is bound by the law to keep in cloſe ſix weeks.*

[d] That lie's in.

[e] When ſhee travelleth [*fall's in labor*] ſhee feel's pangs [*throw's*]

598 *The* [f] *father begetteth: the* [g] *mother if ſhee* [h] *miſcarrieth not, beareth, or bringeth forth, and is delivered of ſons and daughters, ſomtimes of twins at a birth (but* [i] *an untimely birth prove's not long-lived.)*

[f] The fire and the

[g] dam *in brutes.*

[h] Com not before her time.

[i] One born before full time.

599 *Both of them bring up buſs, kiſs, embrace and cheriſh* [foſter] *them in their lap and boſom.*

600 *A* [k] *ſtep-father and ſtep-mother love not their ſtep-children after the ſame manner that thoſe others do, becauſ neither is the begetter.*

[k] Father-in-law (*hee that marrie's my mother*:) ſo the reſt.

CHAP.

CHAP. 56. Of Kindred.

601 THey which com of the ſame houſ, and carrie the ſame name, are all of a ſtock and tribe [houſ:] they that are of the ſame race [linage] and pedegree are called couſins and kinſmen by bloud; as are brothers and ſiſters (eſpecially a both by father and mother: for to bee half-brethren, onely by the mother's ſide, is not ſo much eſteemed) a b grandfather and grandmother.

a Of the whole bloud.
b Grandfire and grandam.

602 Alſo a great-grandfather, a great-grandmother, a great-great-grandfather, a great-great-grandmother, my grandfather's great grandfather, my grandmother's great-grandmother: that which is above that, wee call anceſtors c.

c Fore-fathers.

603 Theſe are of the collateral line: an uncle and aunt (d my father's brother, my father's ſiſter, my mother's brother, my mother's ſiſter:) couſen-germans (two brother's children, two ſiſter's children, brother's and ſiſter's children.).

d Uncle by the father's ſide: ſo &c.

604 In the rank of them that lineally e deſcend, are, the grandchilde (the nephew [grandſon] and niece) the great-grandchilde (the nephew's ſon, and the niece's daughter) the great great-grandchilde, and ſo downward with all their poſteritie.

e Com of others downward in the right line.

605 There are ſom, who ſeeing they have no iſſue nor heirs, f adopt ſtrangers: there are ſom again on the other ſide, that diſinherit and caſt off their own for diſobedience and ſtubborneſs.

f Make another man's children their own.

606 unto g fatherleſs children (that are left h alive after their father, and bee under age) guardians and feoffies in truſt are appointed by will, for preſerving the inheritance faln unto them by the death of the inteſtate (wherein ſuch alſo i have a ſhare that are born after the father's deceaſ: but not baſtards, miſ-begotten, or changelings.

g Wards.
h Surviving.
i Are partakers.

607 Who, if they deal truſtily, [honeſtly,] make inventories.

608 In the mean time, the teſtator [hee that make's his will] hath power to divide [ſhare out] his goods †, and to diſpoſe and bequeath to whomſoever hee think's good a moitie [half,] a third part, a quarter [fourth part,] a ſixth part, a ninth part of twelv, or three parts of four, &c. * But if hee dieth ſeiſed [having made no will,] with us, the eldeſt ſon ſeiſeth on the lands as ſole heir [by right of inheritance] nor can hee bee ſued to make partition of the eſtate with others as joint heirs.

† All his eſtate, exeept that whereof hee hath onely the improvement, as tenent for life: but no propertie in it, as abſolute owner.

CHAP.

CAP. 56. *De Cognatione.*

601 QUi eâdem familiâ oriundi & cognomines ſunt, ii gentiles ac contribules; qui ejuſdem progeniëi & proſapiæ, cognati & conſanguinei dicuntur; ut ſunt fratres & ſorores (præcipuè germani: nam uterinos eſſe non tanti habetur [*æſtimatur*]) avus & avia.

602 Item proavus, proavia, abavus, abavia, atavus, atavia: quod ſupra eſt majores vocamus.

603 Collaterales ſunt, patruus et amita, avunculus et matertera, patrueles, conſobrini & amitini.

604 In deſcendentium ſerie ſunt, nepos et neptis, pronepos & proneptis, abnepos, et deinceps, cum [a] omni poſteritate.

605 Sunt qui, cùm careant ſobole ac hæredibus, extraneos adoptant: ſunt è contrà, qui ſuos (ob inobedientiam et contumaciam) exhæredant, abdicántque.

606 Superſtitibus pupillis [*orphanis*] minorennibus [*nondum juſtæ ætatis*,] hæreditatis ab inteſtato ad eos devolutæ conſervandæ gratiâ (cujus & poſthumi ſunt participes, minimè verò [b] ſpurii & [c] nothi, [*adulterini*] aut ſubdititii) tutores [*curatores*] & fiduciarii teſtamento dantur.

607 Qui, ſi ex fide agant, repertoria [*inventaria, regeſta,*] faciunt.

608 Teſtanti interea facultas eſt facultates [d] ſuas partiendi, déque iis diſpenſandi et legandi, cuicunque ſibi viſum fuerit, dimidium [*ſemiſſem,*] trientem, quadrantem, ſextantem, dodrantem, &c. * Quòd ſi inteſtatus obeat, apud nos, primogenitus [*maximus natu*] prædia paterna hæreditario jure occupat, nec poteſt poſtulari familiæ erciſcundæ.

a *Poſteris.*

b *Incerto patre nati.*

c *Illegitimi: non juſto matrimonio nati, ſed illicito coitu.*

d *Prater eas, quarum habet uſumfructum tantum, ut uſufructuarius; non proprietatem, ut proprietarius.*

CAP. 57. *De Oeconomia.*

609 QUomodo [a] pater & mater-familiâs, horúmque diſpenſatores ſeu œconomi, familiam [*famulitium*] adminiſtrare; famuli et famulæ obedire debeant, Oeconomica præſcribit.

a *Ejus vicem obit œconomus* [diſpenſator.]

610 Servus equi hero ſuo ſervit (nati autem ejus verna ſunt:) Mancipium, in quem vitæ ac necis poteſtas eſt: Libertus, qui vindictâ emancipatur, è ſervitute [b] manumiſſus [*vindicatus*] et libertate donatus. Ingenuus naſcitur liber.

b *Liberali manu aſſertus in vindicias.*

611 Penſum facienti demenſum ſuum debetur; diurnum, menſtruum, annuum.

612 Liberos parentes liberaliter tractent; protervos ac petulantes caſtigent, nec corculis ſuis indulgeant plus juſto.

CAP. 58. *De Urbe.*

613 URbem muniunt mœnia, aggeres, valla, & valli propugnaculáque.

614 Intervallum [*interſtitium*] habet foſſam: pomœrium intrò eſt, quâ civibus et oppidanis ad mœnia patet acceſſus.

615 Porta (quâ prodeambulant, ut ruſticentur et liberiorem capiant aërem) habet clauſtra ſua, valvas, repagula, cataractas, et pontem verſatilem.

616 Plateæ & vici lapide ſternuntur [*ſunt lapide ſtrati, lithoſtrata*[a],] ut et forum cum [b] porticibus et hypethris, nè lutoſæ ſint ambulationes [*ambulacra.*] Cryptoporticus [*cryptæ*] ſunt hypogæa.

a *Aggeres.*
b *Periſtiliis ſubdialibus.*

617 Angiporti ut plurimùm ſunt impervii, & tranſitu deſtituuntur.

618 Suburbiis oppidum ampliatur, turribus decoratur, potiſſimùm ſi muratæ ſint & faſtigiatæ.

619 Non cuncti privilegiati [c] ſunt incolæ municipii; ſed indigenæ, & municipes, aut civitate donati.

c *Aliquis fruuntur privilegiis.*

620 Ex his quidam à cenſu, tributis & oneribus publicis immunes, ſive privatim uivunt.

621 Alie-

CHAP. 57. Of Houſhold-government.

609 *HOuſhold-government ſetteth down, how the good-man and good-wife* [dame, houſwife] *and their ſtewards or houſ-keepers ought to order the houſhold; how men-ſervants and maid-ſervants* ought *to obeie.*

a ſteward ſtand's in his ſtead, to ſerv in his room.

610 *Hee is a ſervant which ſerveth his maſter* (*but his children are* [b] *bond-men born:*) *a ſlave, over whom* a man *hath power of life & death: a* [c] *made free-man is one that is ſet at libertie from thraldom* [bondage] *being made free, and hath his freedom beſtowed on him. A right free-man is free-born.*

b Villains.

c Journie-men.

611 *To him that doth his ſtint* [task,] *his ſet* [d] *allowance is due, daily, monethly, yearly,* [by the day, &c.]

d Commons.

612 *Let parents handle* [uſe] *their children fairly, but chaſtiſe them being ſawcie and malapert, and not* [e] *cocker their darlings* [let them have their wills, bear with them] *over much.*

e Tender.

CHAP. 58. Of a Citie.

613 *CItie-walls* [a], *rampiers of earth, rampiers of wood, palizadoes* [ſtake-works] *do fortifie* and ſtrengthen *a citie.*

a Town-walls.

614 *The ſpace betwixt the wall and palizado hath a ditch* [trench;] *the* [b] *precinct is within, by which waie the citizens and towns-men have a paſſage open to the town-walls.*

b Void room betweene the towne ditch and the houſes.

615 *The great gate* (*by which they walk abroad to go into the countrie and take the air*) *hath it's ſhuts* [ſhutting-bars,] *folding-doors* [c], *bolts, portcullies, and a draw-bridg.*

c With 2. leavs.

616 *The broad waies & ſtreets are laid with cauſwaies* [paved with ſtone] (*at is alſo the market-place, and the* [d] *cloſe galleries, and open galleries*) *that the walks bee not mirie* [dirtie] *Dark cloſe-walks* [e vaults] *are places under ground.*

d Places like cloiſters to walk in, roof'd and ſupported by pillars.

e Dungeons.

617 *Lanes* [allies] *moſt commonly are unpaſſable, and have no thorow-gate.*

618 *A walled town is enlarged with ſuburbs; it is decked with turrets; eſpecially if they bee walled about, and beſet with pinacles* [parapets.]

619 *All the inhabitants of* [dwellers in] *a corporation* [borough [f]] *are not free of it, but the natives* [g] [born there] *and freemen* [burgeſſes] *or ſuch as are enfranchiſed* [made free.]

f Enjoie not the ſame liberties alike.

g Homebred.

h Denizens, burgers.

610 *Of theſe, ſom beeing free* [privileged [h]] *from taxes and publik impoſitions* [charges,] *live privately to themſelvs.*

i Poll free from rates [leavies.]

621 *Aliens born, forreiners, ſtrangers and inmates* [ſojourners] *are to paie toll* [tax, cuſtom.]

g Magazen of warlike munition.

622 *The Church, the arſenal* [armorie] g, *the common treaſurie, and garners, are the ſtrength of a citie* [ſtate *.]

* Scaffolds [*pageants*] are frames of timber raiſht up in haſte, and may bee taken in pieces. In a maze the paſſages are ſo intangled and inarl'd with crooked windings, that the more a man ſtrives to get out, the more hee is wildred and loſeth the waie.

623 *But ciſterns, clocks, ſchools, if they bee well kept in due order, are a proof and token of a fine government.*

624 *The priſon* [goal] *is wont to bee placed* h *behinde the judgment-hall* [court of aſſiſe;] *the common draught houſe* [jakes] *in ſom by-corner* [cloſe place far out of ſight,] *which the jakes-farmer* [gold finder] *make's clean.*

h On the backſide of.

† Baiting-places, in which hee that lo'geth [*batteth ſojourneth*] make's a ſtaie for a time, and then flitteth [*remove's.*]

625 *Inns* †, *victualling-houſes* [ale-houſes,] *taverns, cookeſhops are provided for ſtrangers. Offenders take* [flee to] *ſanctuarie for reſcu* [ſhelter:] *hoſpitals* [almſ-houſes] *are for the poor; ſpittle-houſes for the ſickly.*

626 *A Palace or Cathedral, is a ſtately Church or houſe.*

i To deſcrie afar off: or a *beacon*, whence, by kindling fire, notice is given of the enemies approach.

627 *Let ſea marks and watch-towers* i *bee in an higher place; but let the watch-men bee watchful.*

628 *Neighbors* (nigh-dwellers, *that are of the ſame ſtreet*) *ſhould bee helpful* [ow mutual ſervices] *one to another.*

CHAP. 59. Of the Church.

629 THe *Sexton* [clark] *by chiming the bells* [ringing a peal] *in due meaſure in the ſteeple or belfree, calleth the congregation together to divine ſervice.*

630 *When they are met, the quire of ſingers* [quiriſters] *at the deſk ſing Pſalms, Hymns, and ſpiritual ſongs.*

631 *The Preacher out of the pulpit calleth upon the holie Ghoſt: hee expoundeth the original text of the Bible: hee quoteth the Scripture of either Teſtament (both out of Canonical books and Apocryphal:) hee exhorteth to repentance according to the tenor of the ten Commandements: he comforteth broken hearts with the ſatisfaction and merit* [deſerts] *of Chriſt: to wit, after this wiſe preaching the Goſpel, and ſeaſoning his heaſers aright in orthodox Religion.*

* And holie-daie eves.

632 *Praier beeing ended, hee biddeth holie-daies* *, *and incontinently diſmiſſeth* [ſend's away] *the aſſemblie (which, the more populous* [fuller of people] *it is, the more it is beloved.)*

633 *Somtimes hee catechizeth, chriſteneth* [baptizeth] *in the font, the Godfathers beeing preſent; adminiſtreth the Lord's Supper* [the holie Communion.

621 Alienigenæ, exteri, peregrini et inquilini ſunt [q] vectigales [*tributum ſolvunt, pendunt.*]

622 Templum, armamentarium, ærarium, et granaria, civitatis robur ſunt *.

623 At ciſternæ, horologia, ſcholæ, benè ordinata, belli regiminis ſunt documentum & indicium.

624 Ponè prætorium cuſtodia poni ſolet: in receſſibus foricæ, quas foricarius repurgat.

625 Diverſoria †, cauponæ, oinopolia, popinæ, in advenarum gratiam parantur. Sontes ad aſyla refugiunt, tanquam ad refugia. Xenodochia ſunt pro pauperibus: noſocomia pro valetudinariis.

626 Baſilica eſt auguſta ædes vel domus.

627 Phari & ſpeculæ * in editiore ſint loco, vigiles autem vigiles [*excubent.*]

628 Vicini (qui ſunt ejuſdem viciniæ) mutua ſibi miniſteria [*officia*] debent.

q *Aſſcriptitii.*

* *Pegmata ſunt fabricæ ligneæ tumultuario opere compaginatæ, & ſolutiles. In labyrintho meatus ſunt adeò perplexi & tortuoſi meandris intricati, ut quo magis egredi ſtudeas, eò magis inextricabili errore ſeducaris.*

† *In quibus quis diverſatur, commoratur ad tempus, deinde emigrat.*

* *Unde quis ſpeculari poteſt, vel unde accenſo igne, indicium ſit adventûs hoſtium.*

CAP. 59. *De Templo.*

629 ÆDituus in campanili numeroſo campanarum pulſu cœtum ad ſacra convocat.

630 Ubi conventum eſt, cantorum chorus ad pluteum pſalmos, hymnos, & cantilenas ſpirituales decantat [*pſallit.*]

631 Concionator [*eccleſiaſtes, verbi divini præco*] è ſuggeſtu [*pulpito*] Spiritum ſanctum invocat: textum Biblicum authenticum interpretatur: Scripturas utriuſque Teſtamenti (ex libris tum Canonicis, tum Apocryphis) citat: ad pœnitentiam [*reſipiſcentiam*] juxta decem Præceptorum [*Decalogi*] tenorem hortatur: contrita corda ſatisfactione meritóque Chriſti ſolatur: hoc ſcilicet modo Evangelium prædicans, et orthodoxâ religione auditores ritè imbuens.

632 Peractâ precatione [*oratione,*] feſta indicit [a], & concionem (quæ, quò frequentior, eò charior) dimittit ilicet [*extemplò.*]

633 Nonnunquam catechizat, in baptiſterio [b] præſentibus ſuſceptoribus baptizat, ſacram cœnam [*ſynaxin, euchariſtiam,*] miniſtrat.

a *Et vigilias.*

b *Sacro fonte.*

634 Abſolvit pœnitentes, à Sacramento arcet impœnitentes, hypocritas conſcientiæ ſuæ committit.

* *Stativa ſolennes, quæ anno vertente recurrunt.*

635 Encœnia [*dedicationes*] & anniverſariæ * ſolennitates debitâ feſtivitate (biduò, triduò, quatriduò, octiduò) celebrantur.

636 Cerimoniæ non apud omnes eædem ſunt, nec ordinandi et initiandi Miniſtros mos idem: ſed hæc diſparitas in adiaphoris [*rebus mediis*] innoxia eſt.

CAP. 60. *De Eccleſia.*

637 PArochus eſt ſuæ parœciæ inſpector, illius autem Antiſtes vel Chorepiſcopus.

a *Cœnobiarcha.*

638 Præſules (Abbates, Præpoſiti, Priores [a]) fraterculis & monachis cucullatis ac monaſteriis [*cœnobiis*;] Abbatiſſæ monialibus [*veſtalibus*;] Sacellani ſacellis; Diaconi collectis & eleemoſynæ [b] præſunt.

b *Stipi collatitiæ.*

c *Non niſi decumanæ.*

639 Primitiæ & decimæ [c] ſacerdotibus [*presbyteris*] offeruntur: Eremitæ & Anachoritæ eremum aut ſolitudinem inhabitant.

640 Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi in Conciliis ſeu Synodis, ſchiſmata & ſectas componunt; hæreticos blaſphemos cum aſſeclis ab Eccleſiæ unione excommunicant: doctrinæ canonem conſtabiliunt.

CAP. 61.
De Judæorum Ethnicorúmque ſuperſtitione.

641 PAgani [*gentiles*] ſacrificuli in delubris lucíſve inciduis ſuis donaria [*anathemata*] dedicârunt; ſacrificia obtulerunt; præliaturi [a] hoſtias, victoriam adepti victimas ſuper aras [*altaria*] immolabant; thura libabant & adolebant; fercula, ſimulacra, & icunculas hierothecâ incluſas in thenſa, circumgeſtabant ſolenni [b] pompâ; idolis ſuis etiam hominum ſupplicio litabant; luſtralíque aquâ ſeſe luſtrantes taliter piacula expiare conabantur, & ſacra [c] opertanea obibant; ſed ſacra execranda & inferis devovenda: nam abominatio fuit.

a *Prælium inituri.*

b *Supplicatione.*

c *Myſteria.*

642 Pro-

634 *Hee abſolveth the penitent; hee driveth away* [keep's] *the impenitent from the Sacrament; hee leaveth hypocrites* [diſſemblers] *to their own conſcience.*

635 *Feaſts of dedication, and yearly* [a] *ſolemnities* [feſtivals] *are kept with due feſtival joifulneſs, for two, three, four, eight daies ſpace.*

636 *Cerimonies* [outward religious rites] *are not all one among all; nor yet the ſame manner of ordeining miniſters, & entring them into the* [b] *miniſtrie: but this difference in things indifferent* [c] *is harmleſs* [hath no harm in it.]

a Immoveable feaſts, which com again the ſame daie com twelv-moneths.

b Orders.

c Not commanded nor forbidden

CHAP. 60. Of the [a] Church.

a Congregation.

637 THe *Incumbent* [Curat] *is the overſeer of his own Pariſh; but the Biſhop or ſuffragan hath the overſight of him.*

638 *Prelates* (as *Abbats, Provoſts, Priors*) *are over Friers and Monks hooded with cools, and* [b] *monaſteries* cloiſters, covents:] *Abbeſſes* [Prioreſſes] *are over Nuns: Chaplens over Chappels: Deacons over collections and alms.*

b Miniſters.

639 *Firſt-fruits and tithes* [c] *are offered to the Prieſts: Hermites and Anchorites dwell* [keep] *in the wilderneſs, or ſom loneſom place.*

c None but of the faireſt and goodlieſt.

640 *Primates, Arch-Biſhops and Biſhops in Councels or Synods, take up* [accord] [d] *ſchiſms and ſects: they excommunicate blaſphemous hereticks with* their *followers from the unitie of the Church: they eſtabliſh the rule of Doctrine.*

c Rents and divi-ſions.

CHAP. 61.
Of the ſuperſtition of the Jews and Heathen.

641 HEathenish *Prieſts in* their *temples* [ſhrines] *and* [a] *uncut groves, dedicated preſents* [divine oblations;] *they offered ſacrifices, and kill'd them upon altars; ſom beeing to enter battle, ſom having gotten the daie, they offered frankincenſ and burnt incenſ: in ſolemn proceſſion they carried about in a chariot* their *pageants, images & puppets ſhut up in a pyx: they appeaſed* their *idols even by the execution* [ſacrificing] *of men: and hallowed themſelvs with holie-water, on ſuch a manner they endevoured to purge* [b] *or cleanſ heinous crimes: they did* their *ſacred ſervice cloſe and private; but a devotion to bee abhorred and accurſed to the pit of hell, for it was abominable.*

a Never felled.

b Get aſſoiled of, make amends for.

642 *Whatsoever was without the temple, that they called unhallowed* [profane,] *as being not so sacred, and not hallowed.*

643 *The high-priest with his miter on, entered into the sanctuarie* [c]: *the priests made sweet perfumes with a censer, gingling* [tinkling [d] *with cymbals, sanc-bells, bells and rattles.*

644 *Their sooth-saiers, diviners, sorceresses* * *sibyls, and god witches* [e], *did prophecie and fore-tel things to com; not by instinct* [f] *or inspiration of a divine power, as beeing raviso'd or in a trance (as the Prophets of Israël did:) but as enraged, frantick, fantastick; or by observing the flying and chirping of birds, by prying into the entrals of beast, and drawing superstitious lots* [cuts.]

645 *Thence they are called sooth saiers, bowel-priers, wizzards fortune-tellers,* [lotterers, casters of lots:] *and they used those words, to plaie the wizzard and to sooth-saie, to fore-tel* [guess shrewdly at] *things to com.*

646 *They had also gods that were patrons of countries* [of the upper sort,] *and petti-gods, of lesser note; and oracles too, proceeding from false* [g] *Jupiter, but erring* [mistaking, seducing] *ones.*

647 *Their noble worthies beeing deceased, were canonized, and registred* [enrolled] *among their new made gods.*

648 *The Jews in the Synagogue do* [h] *circumcise the fore-skin and are therefore called, circumcised;) they keep the saturdaie holie-daie (as beeing their Sabbath,) but Christians the sundaie* [Lord's-daie:] *besides the feasts of Easter and Pentecost they celebrate feasts of Tabernacles.*

c Vestrie, oracle.
d Clattering.
* Witches.
g That pretend to heal and bless with charms.
f Inward motion.
g Mischievous.
h Cut round off.

CHAP. 62. Of the Court.

649 *IN the* [a] *Court, upon a* [b] *court-daie, the* [c] *Senate keep their sessions, and hold consultations about the governance* [politie] *of the common-wealth.*

650 *In the same place is kept the register* [d] [enrolment] *of the citizens names, and the common records.*

651 *The Consul* [Maior] *or Proconsul proposeth* what is *to bee advised on; the Senators* [Aldermen] *speak* their *minds* [deliver their opinions;] *the commons assent, hee concludeth* all.

652 *The register enclosed within a grate, draweth up* [engrosseth] *the Acts: and so everie one performs his own office* [dischargeth his dutie.]

653 *Atten-*

a A Guild-hall, more-hall, &c.
b Hall daie, daie of meeting, leet-daie.
c Court, common-councel.
d List, name-book.

642 Profanum appellabant, ceu minùs ſacrum et non conſecratum, quicquid extra fanum eſſet.

643 Pontifex infulatus ſacrarium [*adytum*] intrabat: flamines thuribulo [*acerrâ*] ſuffiebant; cymbalis, tintinabulis, nolis [*ſiſtris,*] crotalíſque tinnientes.

644 Vates eorum, divini, ſagæ, ſibyllæ & piatrices vaticinabantur, ac futura prædicebant; non ex numinis afflatu aut inſpiratione per raptum aut ecſtaſin, ut prophetæ Iſraëlis: ſed lymphati, bacchabundi, fanatici; aut ex auſpiciis, auguriis, aruſpicinâ, ſortibúſque ſuperſtitioſis ductis.

645 Indè auſpices [*augures*] aruſpices, arioli, ſortilegi dicti: Ariolari verò & augurari, pro divinare uſurpabant.

646 Habebant et deos patrios [*tutelares, majorum gentium*] & aſſcriptios [*minorum gentium;*] oracula item à Ve- e *Medionimos.*
jove profecta, ſed erronea.

647 Dæmones [*demortui heroës*] indigetibus accenſebantur, in Divos relati.

648 Judæi in ſynagogis præputia circumcidunt (ideóque nuncupantur apellæ, recutiti, verpi:) feriantur die Saturni, utpote Sabbatho ſuo: at Chriſtiani die Dominico: Scenopegia præter Paſcha & Pentecoſten celebrant.

CAP. 62. *De Curia.*

649 IN curia, die comitiali [*faſto*] Senatus conſeſſus ſuos, et de re publicæ politia curas agunt.

650 Aſſervatur ibidem civium Matricula [*album,*] et tabulæ publicæ.

651 Conſul aut Proconſul deliberanda proponit, Senatores ſententias dicunt; pedarii * annuunt, ille concludit. * *Sic dicti, eo quod in alienam ſententiam pedibus irent.*

652 Notarius cancellis ſeptus acta conſignat; et ità quiſque ſuo munere fungitur.

653 Miniſtratores illis ſunt Apparitores, id eſt, ſtatores [*viatores*] accenſi, ſcribæ [*actuarii*] & præcones.

654 Plebs in tribus [*claſſes*] tributa, ſuos habet tribunos, per quos plebiſcita feruntur ad ratihabitionem ſenatûs-conſulto *.

* *Proletarii & capite cenſi, ſunt infra claſſem, nec habentur claſſici, nec inter eos cenſentur.*

655 Habent & opifices curias ſeu collegia ſua, ordinis cauſsâ (ut novitius, qui quæſtum occipit, artificium profeſſus Curionibus det ſpecimen) nec non flagitioſi ſua conciliabula.

CAP. 63. *De Judiciis.*

656 Duobus de quacunque controverſia diſceptantibus, tertium intervenire neceſſe eſt, qui litem dirimat, aut, de quo altercantur, diribeat: aliàs certamina & contentiones in infinitum ibunt.

657 Aut igitur ipſi decidant [*tranſigant,*] aut honorarium arbitrum [*ſequeſtrum*] ſibi deligant, cujus arbitrio utrinque acquieſcere nexu ſe obſtringant; aut ſectentur forum & ſecum experiantur jure.

a *Actionem inſtituit contra.*
b *Citatione: quam noſtrates juriſconſulti vocant* breve,

658 Qui [a] adverſarium in jus vocat, eíque dicam impingit [*ſcribit*;] eum apprehendit ac citat * eíque diem dicit; arceſſit illum ad Prætorem (præterquàm nefaſto die) inſimulat & accuſat noxæ.

c *Niſi morbum excuſſatur* (excuſat.)
d *Apologia.*
e *Interdum eſt & replicatio, duplicatio, triplicatio.*

843 *Baudineſs* [ribaldrie] *and baſe paraſitical jeering is by all means to bee carefully avoided. Do not laugh and jeer at one undeſerving.*

844 *Stinging* [venemous] *taunting and jeering ſhould bee left to jeſters* [r] *that make ſport.*

r That profeſs, or make a trade of jeſting: as a vice in a plaie.

845 *To ſmile, is the faſhion of a well mannered man: to giggle or laugh unreaſonably, is uncivil* [unmannerly.]

CHAP. 87. Of Contentedneſs.

846 *A Covetous greedie man ſnatcheth, and wringeth* [griperh, wreſteth] *from another by* [a] *right or wrong, and toileth to grow rich; whereas notwithſtanding a bleſſing from above maketh rich.*

a Hook or crook.

847 *And to what purpoſe are riches unmeaſurably heaped up? goods ill gotten are ill ſpent.*

848 *Covetouſneſs, the getting* [ſcraping] *humor, hath no hо with it* [can [b] skill of no meaſure.] *Som rich men have ſo little wit, that having abundance of goods (moveables and unmoveables) and large poſſeſſions:* [c] *having by them cheſts ſtuffed full of* [d] *ſpare money, coffers full of jewels, and chambers full of houſhold-ſtuff and* [e] *proviſion of all ſorts: yet they are afraid of povertie, and pinch their own bellie: that is to ſaie, fear ſcarcitie in the midſt of plentie, and want when they have ſtore, yea ſuperfluitie* [enough and to ſpare.]

b Never have enough: will not bee ſtinted.
c Beeing owners of.
d Unoccupied, not imploied.
e Furniture.

849 *If thou haſt good ſtore of wealth, afford ſomwhat back again to the poor: if not ſo, give part even of a little, if not a great deal, at leaſt freely* [heartily.]

850 *It is better to bee free hearted and bountiful, then neer* [pinching.]

851 *A thriftie good husband is indeed no niggard* [holdfaſt] *nor baſe miſer* [pinch pennie:] *yet doth his beſt indevour to laie for ſparingneſs: and beeing content with his own eſtate, bee doth not grudg other men their happineſ, as having no miſs* [finding no lack] *of it.*

852 *If the riotous* [diſſolute] *unthrift could thorowly perceiv how great a revenue good husbandrie is: hee would not ſquander* [laviſh] *out his* [f] *inheritance in riot* [unthriftineſs.]

f Living.

853 *For lavish spending impoverisheth: warie spending* [c going the neareſt waie to work] *inricheth.*

c Gain coping.

854 *Therefore whatsoever you receiv and laie out* [disburſ,] *set it down into a book of* g *accounts* [reckoning book,] *or score it down on a tallie.* One's *layings out should bee so far from going beyond* one's *yearlie revenues* [in-com's] *that rather they should not bee so much.*

g Receits and expences (*disburſments.*

CHAP. 88.

Of Juſtice, firſt in the matter of Exchange.

855 "*Juſtice* [upright-dealing] *giveth to everie man his own.*

f Righteouſneſs.

856 *Therefore hee that is agreed with another, and hath promiſed,* a covenanted *or paſſed away anie thing to him by bargain (whether of his own accord and of himſelf, or beeing won to it by intreatie, upon whatſoever conditions* [articles] *and proviſo's:) let him not dallie* [trifle] *nor* b *flinch: but ſtand preciſely* [ſtrictly] *to his covenant and promiſes, juſt as the agreement is between them.*

a Bargained.

b Falter, or draw his neck out of the collar.

857 *Hee that hath entered into covenant with another that covenanteth with him, by delivering interchangeably each to other* "*indentures, whereof one is the counterpane of the other; or hee that hath taken earneſt, or anie thing in conſideration: ſuch an one hath bound himſelf ſure.*

h Conveyances.

858 *That which is committed to thy truſt to keep, give it again: do not forſwear it, nor* c *denie thou haſt it: do not ſuppreſs* [keep it hidden] *nor purloin it.*

c Not bee known of it.

859 d *Challenge not, nor enter upon* [take poſſeſſion of] *anie thing that is another's, without the owner's knowledg, or not asking his leav: unleſs hee ſhall let you have it* [give you free uſe of it.]

d Claim, laie claim

860 *That which you have borrowed onely to uſe* e, *reſtore the verie ſame thing (not another:) and that as far as poſſiblie may bee without impairing or making it worſe.*

d As for example (*for inſtance,*) a horſ, a ſword, &c.

e Undertake to return it as found as you had it, or make it good.

861 *That which is lent you to ſpend* f, *you may ſend back another ſuch like: but upon condition it be as good and as much worth.*

f Put caſe, monie, bread, paper, &c.

862 *If anie one borroweth of you: as far as may be with your own convenience* [not hurting your ſelf] *lend him things to ſpend or uſe: yet demand a bill of his hand* [ſom ſpecialtie] *or pawn* [pledg, gage,] *or ſuretie, or ſom other ſecuritie: leſt while you pleaſure others, you do your ſelf a diſpleaſure.*

863 *Becauſ*

853 Pauperat enim diſpendium, compendium opulentat.

854 Tu ergò quicquid accipis, & expendis, in codicem accepti & expenſi refer, vel [f] taleolâ annota. Impendia annuos reditus tantùm abeſt ut exſuperent, ut nè exæquent quidem.

f *Teſſerâ.*

CAP. 88.

De Juſtitia, primò Commutativâ.

855 JUſtitia ſuum cuique tribuit:

856 Ergò qui cum alio tranſegit, & quidquid ei promiſit [*pollicitus eſt*] condixit, aut ad eum pactione tranſmiſit (ſive ultrò ac ſuâpte, ſive exoratus, & quibuſcunque conditionibus & exceptionibus:) nè negetur nec tergiverſetur, ſed ſtet pacto & promiſſis præcisè prout conventum eſt.

857 Qui ſtipulanti adſtipulatus eſt ſyngraphis parallelis mutuò traditis, vel arrhabonem [*arram*] aut ſynallagma accepit: obligavit ſe [*nexu nexuit.*]

858 Depoſitum redde: nè abjura nec abnega: nè ſupprimas nec intervertas.

859 Nil quod alterius eſt, ſine domini ſcitu, eóque inconſulto, vendica aut uſurpa [*aſſere:*] niſi ipſe ejus tibi copiam fecerit.

860 Quod uteudum accepiſti [a], idem reſtitue, non aliud: & quidem (quoad ejus fieri poteſt) abſque detrimento [b].

861 Quod mutuò datum eſt [c], aliud licèt remittas, eâ tamen lege, ut æquipolleat [*ſit paris æſtimii, æquivalens.*]

862 Siquis à te mutuatur, quod commodo tuo fiat, mutua, & ei commoda: chirographum tamen, vel pignus, [*arrhabonem*] vel prædem, aliámve cautionem poſtula: nè dum aliis commodes, tibi incommodes.

a *Exempli gratia, aquum, enſem, &c.*
b *Salvum præſta, vel damnum reſarci.*
c *Puta as, panem, chartam. &c.*

863 Quia ob mortaliratem, quin & fidei lubricitatem opus eſt tibi cautelâ : quæ ſignatis tabulis [*inſtrumentis*[a]] ſummam caveat, [b] téque indemnem præſtet [c],

a *Syngrhâ.*
b *Tua indemnitati conſulat.*
c *Donator donat donatario, locator locat conductori, &c.*
d *Menſarius qui argentarium facit.*

864 Porrò qui ſupra ſortem uſuras [*fœnus*] exigit, non creditor eſt, ſed [d] fœnerator [*daniſta* :] peſſimus autem & nequiſſimus, qui anatociſmis debitorem deglubit, decorticat, ac devorat : quod nefarium.

865 At nepos [*aſotus, barathro*] & comeſſator ſibi ipſi eſt iniquus : qui rem familiarem comeſſationibus profundit [*diſſipat, dilapidat*] ſéque alieno ære obruit, & eò ſe redigit, ut decoquere [*decoctorem agere*] & verſuram aut auctionem facere [*auctionari* [e]] cogatur.

e *Haſta ſubjicere, ſub corona vendere.*
f *Sine nexu ſuo addictus.*

866 Proinde rationes puta, [f] debita [*nomina*] quantò ocyùs diſſolve, & creditori in aſſem ſatisfacito : ac epocham ſive acceptilationem, quâ acceptum tibi referat, flagita [g].

g *Tabulæ novæ nomina facta antiquabant.*

867 Furta, latrocinia, rapinæ, ſacrilegia, peculatus, plagium, abactus, aut injuſta rei acquiſitio, perinde in illo mandato, Non furaberis, interdicta ſunt.

868 Privari enim & orbari ſuis nemo debet (ſed poſtliminio ſua accipere, niſi jus ſuum alteri remittit :) qui iſtud committit, repetundarum tenetur. Uſucapio ſive diutina rei poſſeſſio parùm patrocinatur poſſeſſori malæ fidei : qui è poſſeſſionibus, quibus jus [*titulum*] non prætendat, evictione exturbandus eſt. At quod habetur pro derelicto, eſt occupantis.

CAP. 89. *De Juſtitia diſtributiva.*

869 PRæmiorum & pœnarum æqua diſtributio omnes in officio continet.

870 Quamobrem qui laudabiliter agit, collaudationem, applauſum, commendationem, promotionem, honoraria,

863 *Becauſ by reaſon of the uncertaintie of men's life, yea and the ſlipperineſs* [brittleneſs] *of their credit* [word and honeſtie:] *you had need of aſſurance* " *by writing* [evidences, deeds, bonds,] *to* d *warrant the ſum, and to ſave you harmleſs* *.

" Under hand and ſeal.

d Give ſecuritie for.

864 *Moreovr hee that exacteth intereſt* [uſe, uſurie] *above the principal* [ſtock,] *is no free-lender, but an uſurer* " *: but hee is the worſt and vileſt, that flea's, pill's and eat's up* his *debter with uſe upon uſe: which is a villanous* [unconſcionable] *part.*

* The donor giveth to the donee, the leſſor letteth to the leſſee.

" Banker.

865 *But an intemperate ſpend-thrift and companie-keeper wrongeth his own ſelf: who laſheth it on, and make's havock of his eſtate by* e *bellie-cheer, and runneth himſelf deep in debt, and bring's himſelf to that paſs* [caſe, ſtaie] *that hee is conſtrained to break* [plaie the bankrupt,] *and to borrow of one and paie another, or to make open port-ſale of his goods.*

e Companie-keeping.

866 *Therefore* f *make ſtreight reckonings:* [clear, diſcharge all:] * *paie thy debt as ſoon as maybee: and ſatisfie him that truſteth thee, to a farthing: but call for* [demand] *an acquittance or diſcharge, wherein hee may acknowledg to thee* g *the receit* †.

f Caſt up a juſt accounnt.

* If thou beeſt bound bodie and goods.

g So much received.

† A general diſcharge, cancelled, all former debts.

867 *Filchings* [privie thefts,] *open robberies, taking away by force, ſtealing of things conſecrated, pilling of anie common-ſtock, man-ſtealing, cattel-ſtealing, or an indirect purchaſe of* [wrongful comings by] *a thing, are all alike forbidden in that Commandement, Thou ſhalt not ſteal.*

868 *For no man ought to bee deprived and bereaved of his goods: (but get his own again by re-entrie,* recovering what was unjuſtly got from him: *unleſs hee releaſeth* [give's up, diſclaimeth] *his right and intereſt to another:) hee that committeth this is guiltie of* h *extortion. Preſcription or holding poſſeſſion of a thing for a long time,* i *is no ſufficient plea for an uſurper* [that keep's it wrongfully:] *who muſt bee diſſeized* [thrown out] *of thoſe poſſeſſions, whereto hee can laie no juſt claim* [challenge, title.] *But a thing quite caſt off, is his that firſt ſeizeth on it.*

h Getting monie which by courſe of law may be recovered of him.

i Will not bear out an——

CHAP. 89. Of diſtributive Juſtice.

869 A *Fair even dealing out of rewards and puniſhments keepeth all men in due order.*

870 *Wherefore hee that dealeth commendablie, deſerveth praiſ, encouragement, commendation, advancement, honor-*

able

able rewards: hee that doth otherwiſe, deſerv's *chiding, rebuking, reproof, diſpraiſ, diſgraces, puniſhment and* [a] *correction: but ſo as the qualitie of the perſon is.*

[a] Chaſtiſement.

871 *Hee that hath don an ill deed unwillingly* [b], *or unwittingly* [not knowing it] *is worthie of pitie: ſo long* [c] *impute it to ſillineſs: deal not rigorouſly* [uſe not extremitie:] *he which* do's it *on ſet purpoſe, for the nonce, ſhall bee puniſhed* [d] *as hee well deſerveth: hee which upon another's ſetting on and putting forward* *, *is not altogether excuſed* [eſſoined, held blameleſs.]

[b] Againſt his will, whether hee will or no.
[c] Laie it on.
[d] Deſervedly, for good cauſ.
* Encouragement, perſuaſion, counſelling, abetting, egging on.

872 *Increaſ not affliction to the afflicted, but leſſen* and diminiſh *it by giving them relief, when they crie out for it. If one begineth an enterprize,* [e] *preſuming* [relying] *on thy help, do not* * *mock* him, *nor defeat* or diſappoint *his exſpectation.*

[e] In confidence or aſſurance of.
* Make him a fool.

873 *Hee that ſtand's in need of aſſiſtance, will it irk him earneſtly, with might and main, to ask, to intreat, to praie, to beſeech for God's ſake, and to make humble requeſt?*

874 *A proud,* [ſurlie, ſtatelie] *unthankful begger getteth nothing by begging: an* [f] *unreaſonable craver is* [g] *cumberſom: hee ſhall go without* [have a denial.]

[f] Importunate, that will not bee ſaid nay.
[g] Burdenſom.

875 *When you have ſped and prevailed* [obteined the things which you craved,] *thank* him [give him thanks,] *and in the utmoſt of your power requite a courteſie: if for ſom good reaſon you bee ſaid nay, bee not troubleſom, grumble not.*

876 *That which anie one beſtoweth out of his bountie requeſted, refuſe it modeſtly: but do not* [h] *ſtifly reject it, leſt you ſeem to ſet light by, or ſcorn it, and leſt you bee upbraided* [twitted [i]] *with unthankfulneſs and obſtinacie.*

[h] Obſtinately caſt it off.
[i] Check'd, caſt in the teeth.

877 *The degrees of thankfulneſs are, to take in good part* [accept of] *a poor preſent, to acknowledg a good turn, to* [k] *tell it abroad, to profeſs one's ſelf* [l] *beholding* [much bound:] *and to recompence it* [make amends.]

[k] Give it out.
[l] Endebted.

878 *It is the dutie of wealthie men, to bee free* [frank, open-handed] *and to requite preſents* [to give gift for gift.]

879 *Preſents are ſent to gueſts that have been enterteined: new-years-gifts to on's* [m] *neareſt friends.*

[m] Kinſmen, allies.

880 *Honor and* [n] *reverence men that are* [o] *notable and famous for the worthineſs of their parts* [endowments] *and ſurpaſſing in choice* [ſpecial] *gifts: deſpiſe* [ſet at nought] *no man.*

[n] Admire.
[o] Eminent, of great note.

881 *Do good to all men: hurt not bodie: wiſh good ſpeed to all in general.*

ria, meretur: qui ſecùs expoſtulationem, reprehenſionem, objurgationem, vituperium, probra, animadverſionem & caſtigationem: ſed prout perſona eſt.

871 Qui[a] nolens aut inſcius maleficium admiſit, commiſeratione dignus eſt; ſimplicitati tantiſper imputa, rigidè nè age: qui[b] datâ operâ & de induſtriâ, jure, meritóque punietur: qui[c] alieno inſtinctu & impulſu, non omnino excuſatur.

a *Volit, nolit.*

b *Dedita, conſulto.*

c *Aliquo hortore, ſuaſore, authore, fautore, impulſore.*

872 Afflictionem afflictis nè auge, ſed ſuppetias ferendo minue, cùm implorant. Siquis opis tuæ fiduciâ fretus cœptum exorditur, nè deludas nec expectationem fruſtreris.

873 Adjumento qui eget, eum inſtanter obnixéque petere, rogare, obteſtari, obſecrare, ſupplicare[d], núnne [*nunquid*] pigebit?

d *Summa ambitione contendere.*

874 Superbus & ingratus mendicus nil emendicat: importunus flagitator odioſus eſt; repulſam feret.

875 Cùm exoraveris & impetraveris quæ rogâſti,[e] gratias age [*habe,*] & pro tua virili gratiam refer: ſi juſtâ de cauſſa negatur, nè obtunde, nè murmura.

e *Grator.*

876 Quod quis non rogatus ex munificentia largitur, modeſtè recuſa: ſed pertinaciter nè reſpue, nè contemnere & aſpernari videaris, tibíque ingratitudo ac pervicacia exprobretur [*objiciatur.*]

877 Gratitudinis gradus ſunt, munuſculum boni [*æqui*] conſulere: beneficium agnoſcere, deprædicare (profiteri ſe debere [*devinctum, obſtrictum*]) & penſare.

878 Munes eſſe & munera remunerari [*retribuere*] opulentorum eſt.

879 Acceptis diverſoribus [*hoſpitibus*] xenia, neceſſariis ſtrenæ mittuntur.

880 Conſpicuos & dotum præſtantiâ præclaros, doníſque ſingularibus antecellentes, honora ac ſuſpice: neminem deſpice.

881 Proſis omnibus: obſis nemini: fauſta precare univerſis.

CAP. 90.

CAP. 90. *De Fortitudine.*

882 MAgnanimus eſt, qui ſecunda & adverſa indifferenter ferre poteſt.

883 Nihil enim vulgare aut facile factu admiratur: ad repentina non conſternitur: jactatorum & audaculorum minas flocci pendit nec hujus facit: labores non detrectat: & quibus ſe addixit, eos [a] alacriter ſubit ſtrenuéque urget: ex anguſtiis eluctatur: at pericula inevitabilia, ſi imminent [*impendent*] vel inſtant, intrepidus adit & animosè ſuffert, neque effugia aut ſubterfugia diſquirit; ſed ultima experitur: audaciam modò & temeritatem refugiens.

a *Alacri animo.*

884 Propterea quod cœpit, continuat; quò uſque induſtriâ & aſſiduitate perfecerit: feſſus tamen & laſſus, nè ſuccumbat penitùs, remittit.

885 Puſillanimis ex adverſo & timidus, in proſperis intumeſcit, in calamitoſis ſubſidit & animum deſpondet[b]: inopinis percellitur: inertiæ & timiditati commentitias obtendit [*prætexit*] cauſſas: ad quemvis ſtrepitum effœminatè expalleſcit, trepidus eſt & querulus: mutire vel hiſcere vix audet.

b *Aut mortem ſibi conſciſcit.*

886 Inter ſortem ergò & ignavum vel ſegnem [*pigrum, ſocordem,*] quid intereſt? Ille vocationis munia ſolicitè agit, hic negligenter & nugatoriè: ille ſedulò, hic ſocorditer: ille enixè, hic remiſsè: ille accuratè, hic defunctoriè: ille quietè, hic protervè: ille inceptum maturat & exſequitur, hic cunctatur & omnia procraſtinat: ille inceſſanter [*ſine intermiſſione*] in propoſito decoro pergit porrò: hic hæſitat, deſultoriè tergiverſatur, & reſtitat: verbo, ille viget ubique; hic languet & torpet ubique.

887 De-

CHAP. 90. Of Valor.

882 HEE is " *couragious, that can bear weal and wo* [proſperitie and adverſitie] *both alike.*

883 *For hee wondereth at nothing that is ordinarie or eaſie to bee don: hee is not* a *blank'd at ſudden* accidents: *hee care's not a ruſh for the threats of braggards and jollie daring fellows, and weigh's them not thus much: hee doth not ſhift off labors: and thoſe, which hee ſet's himſelf about, hee undergoeth them* * *cheerfully, and follow's them hard* [earneſtly:] *hee ſtruggle's out of ſtraits: but if unavoidable perils hang* [hover] *over his head, or preſs hard upon him, hee ſetteth on them undauntedly, and endureth them couragiouſly, and doth not ſeek about for evaſions or ſtarting-holes, but* b *run's all hazards: yet eſchewing* c *fool hardineſs and raſhneſs.*

884 *Therefore hee goeth on with that which hee hath begun, until that by pains-taking, and ſitting hard at it, hee hath made an end of it: yet beeing wearie and tired hee ſlacketh* [reſteth,] *leſt hee ſhould* d *utterly ſink.*

885 *On the other ſide, a faint-hearted coward* or craven *look's big in proſperitie, but ſinketh* [fainteth] *and* e *quaileth* * *in trouble: at things unexſpected hee is daunted* [appalled, ſtricken with amazement] *and pretend's feigned excuſes for his fearfulneſs and cowardlineſs: at anie* " *ruſtling noiſe hee changeth color like a woman, and is whining and readie to quake: hee dare's hardly mutter* [mumble] *or quetch* [whimper, open his mouth.]

886 *What then is the difference betweene a* f *valiant man and a dullard* [coward] *or* " *lazie lubber? hee performeth the duties of his calling carefully, this man careleſly,* [retchleſly] *in a toying manner: the one diligently, the other ſlothfully: the one with* g *all his ſtreſs, the other faintly* [ſlackly, coldly:] *the one curiouſly* [exactly,] *the other ſlubberingly: the one calmly, the other frowardly: the one beſtir's him* [make's haſte] *and* h *goeth thorow-ſtitch where hee begin's, the other linger eth* [whole's away the time] *and delaie's* [drive's off] *all things from daie to daie: the one go's on forward in a ſeemly purpoſe without* i *reſpit, the other* k *ſtaggers* [is in a mammering,] *dodgeth* " [flie's back] *off and on, and ſtop's often: in a word, the one is lively* [go's luſtily] *about everie thing, the other droopeth everie where, and is luther, reſtleſs, unweeldie.*

887 *With*

a Abaſhed, frighted, quaſht.

* With a cheerful courage.

b Put's all to venture, trieth the utmoſt.

c Over-venterous, daring.

d Quite fail.

e Is diſcouraged.

* Or killeth himſelf.

" Bounce, thump.

f Doughtie, ſtrong manly.

" Slack.

g Tooth and nail.

h Accompliſheth.

i Breaking off.

k Demurreth.

" Palteretb.

887 *with ſluggards* [ſlow backs] *and idle lurdens it is alwaies holiedaie: they are idle and gad about, even upon working daies.*

888 *A ſtirring active man is buſied* [will bee doing] *even in his ſpare time* [when hee is at leiſure.]

CHAP. 91. Of Patience, [*Sufferance, Forbearance.*]

889 *WHat avail's it to bewail a miſerable eſtate, if it bee not granted to change it for a better?*

890 *A patient man ſigheth* [groaneth,] *ſheddeth tears, weepeth: but whineth not, houleth not, waileth not.*

891 *Hee ſtand's not debating and complaining for everie triſling cauſ: hee doth not repaie wrongs by revenging* them, *or crie quittance* [a] [give him as good as hee bring's:] *but* [b] *put's* them *up patiently: rather* [c] *ſlighting* them, *then making the worſt of them.*

a Bee quit, or even with him: render *quid* for *quo.*
b Brooketh.
c Making the leaſt of them.

892 *Indeed hee fretteth* [is diſcontented] *at unbeſeeming actions: hee is angrie with a ſpiteful man, and chafeth: but hee is not enraged to* [d] *revenge, nor doth hee bitterly inveigh* [rail] *againſt anie one: hee may bee diſpleaſed* [wroth,] *but is not* [e] *of a cankred ſtomach* [bear's no deadlie feud] *towards anie.*

d Vengeance.
e Spiteful.

893 *To keep in wrath, to pardon and forgive a fault, to ſpare one's verie foes and* enemies: this *is the part of an excellent ſpirit. To break out into paſſion, to ſtorm, to* [f] *rage, to threaten, to curſ or ban, is the faſhion of one unrulie* [outragious] *that is not* [g] *well in his wits.*

f To bee wood.
g In his right minde.

894 *For hee is not himſelf* [his own man] *who is in ſuch a fume, and all in a chafe, that hee cannot reſtrain himſelf.*

895 *A right noble Spirit had rather bee meek then fell, civil and kinde then ſavage, gentle then fierce, milde then rough or churliſh, eaſily appeaſed then vengeable* [dogged.]

896 *For crueltie and outragiouſneſs* [ſavageneſs,] *if it bee not aſſwaged, is brutiſh.*

CHAP. 92. Of Conſtancie.

897 *TO ſtand out ſteddilie in an honeſt purpoſe* [courſ,] *is a point of conſtancie: not to hold on, is the propertie of* [a] *ſickleneſs.*

a Shittleneſs. inconſtancie.

898 *But bearеſt thou? it is one thing to bee conſtant, another to bee ſturdie* [ſelf-willed.]

899 *There-*

887 Deſidibus & otioſis [*pigritiæ, ſegnitiei, acediæ deditis*] ſemper feriæ ſunt: etiam profeſtis *diebus* otiantur & vagantur.

888 Navus [*gnavus*] etiam in otio negotioſus eſt.

CAP. 91. *De Patientia.*

889 ÆRumnoſam conditionem quid prodeſt deplorare, ſi non datur in melius commutare?

890 Patiens gemit, lacrymatur, flet; non autem plorat, ejulat, lamentatur.

891 Leviculâ de cauſſa non expoſtulat: injurias non ulciſcendo rependit aut[a] retaliat, ſed æquanimiter tolerat, extenuans potiùs quàm exaggerans.

a *Par pari refert.*

892 Indignatur quidem indignè factis, & malevolo ſuccenſet ac ſtomachatur: ſed non effervescit in vindictam, nec vehementer invehitur in quenquam: infenſus eſt alicui, non infeſtus.

893 Iracundiam cohibere, ignoſcere, & condonare [*remittere*] culpam, parcere ipſis inimicis, excellentis animi eſt: Exardeſcere, fremere, furere, minari, maledicere, diras imprecari, impotentis[b] [*ſui non compotis.*]

b *Mente emoti.* [alienati.]

894 Eſt enim impos ſui [*non apud ſe,*] qui eò uſque excandeſcat & totus æſtuet, ut ſe reprimere nequeat.

895 Generoſus *animus* mavult mitis eſſe quàm atrox, humanus quàm barbarus, manſuetus quàm ferus, benignus [*clemens*] quàm trux, placabilis quàm dirus.

896 Nam ſævitia [*crudelitas*] & immanitas, niſi mulceatur, [c] beſtialis eſt.

c *Beluina.*

CAP. 92. *De Conſtantia.*

897 IN honeſto inſtituto immotè perſiſtere, conſtantiæ eſt: non preſeverare, levitatis.

898 Sed, heus tu? aliud eſt conſtantem, aliud pervicacem eſſe.

899 Siquis

899 Siquis ergò (dum hoc ſuadet, ab illo diſſuadet, hortatur vel dehortatur) meliora monuerit: nè ſis contumax, nè præfractè repugna, nec obſtinatè contradic, ſed palinodiam cane, monitori obſequere & morem gere.

900 Verùm ſiquis te in bono labefactat, obfirmi animum & obſtina, uſque dum diſcutias ac perrumpas obſtacula. Facta enim infecta, & rata irrita reddere * dedecet.

* *Multa moliri, eadémque demoliri.*

CAP. 93. *De Amicitia & Humanitate.*

901 SI converſationem tuam vis eſſe amabilem, eſto inferioribus humanus & affabilis, æqualibus officioſus, ſuperioribus venerabundè obediens, eóſque reverenter cole *: ità demum veram ab iis, non falſam inibis gratiam.

* *Senioribus aſſurge, aperi caput, flecti genu.*

902 Hoſpites humaniter hoſpitio excipe, admiſſos nè extrudas. Undiquaque abſcedis, valedicere; quemcunqne convenis aut præteris, amanter ſalutare nè dedignator. Salutantem reſaluta: Diſcedentem abs te aliquoúſque comitare ac deducito honorifice.

903 Interroganti reſponde placidé: ad minimum annuito vel abnuito [*renue.*]

904 Nemini obloquaris, nec quemquam contumelioſiùs appella, neque ignominioſo nomine dehoneſta. Loquentem nè interpella, nec ejus verba præoccupa: neſcienti tamen aliquid, ſi tibi ſuccurrit [*ſubit:*] ſuggere: Qui te opperitur nè eum moratur [*ni ſis in mora.*]

905 Cuicunque gratificari poteſ ullâ re, nè refrageris nec graveris, vel gratis [*gratuitó*]

906 Siquis indiget conſilio, téque de re aliqua conſulat, ei conſule: ſi conſolatione, conſolare: ſi ſubſidio, ſubveni, auxiliare, opitulare: ſi ſuffragio, ei ſuffragare; ægrotos viſita, ſic omnium benevolentiam demereberis; & amorem tibi conciliabis.

907 Læſit

899 *Therefore when anie one wiſheth thee to do this, or counſel's thee not to do that: exhorteth to, or dehorteth from, if bee ſhall* b *adviſe thee for the better; bee not wilful* [ſtubborn,] *withſtand not peremptorily, and gain-ſaie not obſtinately: but recant, bee ruled by him that adviſeth thee, and follow his minde.*

b Put thee in minde of.

900 *But if anie man would diſable* [weaken] *thee in that* [which] *is good: bee ſtiff and reſolute, till you* c *ſcatter and break thorow all hinderances: for it is* d *unſeemly to undo that which is don alreadie, or to make things approved* [reſolved] *on, to com to no proof* [to bee of no force.]

c Shake apieces.
d Unbefitting.
e Buſily to ſet about manie things and as buſily to throw them down

CHAP. 93. Of Friendſhip and Courteſie.

901 IF *thou wouldeſt have thy converſ to bee lovely, bee courteous and fair-ſpoken to thy underlings, ſerviceable to thy fellows, ſubmiſſively obedient to thy betters, reverencing them awfully* a: *ſo thou ſhalt gain favor indeed, and not* b *pick a thank* onely.

a Riſe up to thy elders, put off thy hat, make a leg.
b Currie favor.

902 *Entertain ſtrangers kindely, and beeing let in thruſt them not out. Whatſoever place thou departeſt from, diſdain not to bid farewel* [to take thy leav:] *lovingly to ſalute whomſoever thou ſpeakeſt with or paſſeſt by. If anie bid thee good morrow or good even, greet him again: if anie bee departing from thee, ſom part of the waie* c *bear him companie, and bring him on the waie reſpectively* [with due reſpect.]

c Accompanie him.

903 *To him that asketh anie queſtion, anſwer gently: at leaſt yield or refuſe* by thy geſture [becken to him, or make ſom ſign of refuſal.]

904 *Give no man foul language: do not miſ-call or nick-name anie bodie. Do not trouble* [interrupt] *one that is ſpeaking, nor take the word out of his mouth: yet if a man* d *cannot tell ſomthing, prompt* [inform] *him, if it com to thy mixde: make not him tarrie too long, that tarrieth for thee.*

d Bee ignorant of

905 *Whomſoever you can pleaſure in anie thing, bee not againſt it, grudg not* [think not much] *to do it, even for nothing* [frank and free.]

906 *If anie one needeth counſel, and asketh thy advice about anie matter, adviſe him: if comfort, comfort him: if hee want thy furtherance, aid, aſſiſt and ſuccour him: if thy voice,* e *give him thy voice* [good word:] *thus ſhalt thou win the good-will, and get the love of all.*

d Stand for him, ſpeak in his behalf.

907 *Hath anie one hurt* [wronged] *thee? wink at him that did amiss, and thou shalt shame him: if bee bee sorrie for* [repent's of] *that bee hath don; bee not too coie, but pardon him, dispens with him: and presently thou shalt make him beholding and binde him to thee, as by a* [d] *strong love charm.*

d A spell or potion that bewitcheth a man in love.

908 *If there grow anie suspicion* [ill conceit] *against thee, put it by, and excuse thy self: if thou thy self hast offended* anie, *bee not ashamed to speak to* him, *to appeas, to pacifie,* [e] *to intreat pardon, and to bee reconciled, not for fashion onely, and from the teeth outward, but heartily, and in good earnest.*

e To praie against *or* praie him not to.

909 [f] *Wairdness estrangeth* [loseth the love of] *the entirest friends. Suffer not a grudg to settle* [wax old] *lest it turn into hatred* [rankor, malice.]

f Malapertness, crosness, peevishness.

910 *To bee of one minde* [to agree in one] *and to live in a friendly, fellowly manner, well becometh* [g] *conrades and* [h] *fellows in a hous.*

g Chamber-fellows.
h Partners, *or* fellow-boarders.

911 *It is not possible, but that there should bee differences, breaches, jars, and fallings out between men: but concord must bee renewed &* made up whole again *by forbearance of one another: and they that are faln out* [at ods] *must bee reconciled* [atoned, set at one] *and made friends again by mediators going to and fro, and dealing between partie and partie.*

912 *Hath anie one* [i] *good speed? look not awrie upon him,* [n] *favor him. Hath bee anie mischance* [mishap?] *take compassion on him. It is the part of a pitiful, merciful* [o] *man to pitie poor wretches* [have mercie on men in miserie:] *but of a merciless, ruthless* [pitiless,] *hard-hearted man, to triumph* [insult] *over men that are in trouble, to plaie upon them, or make sport with them.*

I Happie successe. m A-skue, a-squint n Wish him well. o Tender-hearted.

913 *Have a care, above all things of telling troth: there is nothing more horrible then lying: a liar, that deviseth what lies to tell, is hatesul.*

914 *If anie secret com to thy knowledg, blaze it not abroad, and let not another get anie inkling of it, although bee enquire* [would [p] sound and sift thee:] *whist, I saie, and peace;* [q] *saie not a word: thy secrecie* [keeping counsel] *will* [r] *endammage no man: chiefly, it will bee a commendation to thy self.*

p Gage, scue into. q Bite it in. r Bee an inconvenience to.

915 *Bee not sad* [sullen, sowr-look'd] *among those which are cheersul, nor yet extremely merrie* [jocund.]

916 *Bee not a fleering jiber at other men: and if by waie of dis-*

cour

907 Læſit te quis? connive ad peccantem, & ſuffundes eum: ſi pœnitet feciſſe, nè ſis averſior, ſed da veniam, fac gratiam: & oppidò tibi devincies, & tanquam philtro efficaci obſtringes.

908 Siqua in te ſuborta ſit ſuſpicio, amove, & purga te: ſi offenditi ipſe, alloqui [*affari,*] placare, deprecari & reconciliari nè pudeat: non dicis ergò & ore [*verbo*] tenus, ſed[c] ex animo ac ſerió.

c *Animitus, medullitus.*

909 Protervia intimos alienat: ſimultatem inveteraſcere non ſines, nè in odium tranſeat.

910 Contubernales & convictores condecet unanimitas, & amicum contubernium.

911 Diſſenſiones, diſſidia, diſcordiæ, iræ, quin intercedant, haud eſt poſſibile: ſed concordia redintegranda eſt tolerantiâ mutuâ: & qui diſſident, per ultrò citróque commeantes & intercedentes proxenetas conciliandi, & in gratiam redigendi.

912 Felices ſucceſſus habet aliquis? nè limis ſpecta: fave. Infortunium? commiſerare. Miſericordis & clementis eſt, miſerorum miſereri: at inclementis, inhumani, truculenti, calamitoſis inſultare & illudere, eóſve ludificari[d].

d *Ludibrio habere.*

913 Veracitati imprimis ſtude: mendacio [*vanitate*] nil tetrius: mendax [*vanus*] qui comminiſcitur quod mentiatur, exoſus eſt.

914 Siquid tibi innotuit ſecreti, nè divulga, nec reſciſcat à te alius, tametſi contetur: s't, inquam, tace, e muſſa: taciturnitas tua nemini incommodabit, te apprimè commendabit.

e *Muſſitè.*

915 Inter hilares tetricus nè ſis, nec tamen effusè lætus.

916 In alios dicax nè ſis, & ſiquid inter ſermocinandum

dum lepidi admisces, sales sint, non cavilla: allude, nè vellica: nè quem præsentium lacessas, absentium calumniaris nec obtrectes.

917 Nam jurgari, rixari & vitilitigare, agrestium est & vitilitigatorum: criminari ac deferre, quadruplatorum, sufurronum & delatorum (qui vel amicissimos inter se committunt:) vexare & exagitare, balatronum & scurrarum: convitiari & contumeliâ afficere, nebulonum, mastigiarum, flagrionum [*verberonum*] furciferorum, stigmaticorum.

CAP. 94. *De Candore.*

918 CUm quocunque versaris & necessitudo tibi intercedit, erga illum sis apertus, sine fraude dolóque: Amicum enim prodere, fraudare & fallere, quale decus?

919 Fidelem tibi socium ascisce, eíque fidus esto: nil ei furtim subducas[a] [*furripias:*] ejus in fraudem nihil occipe: nam perfidè qui agit, sibi perditionem machinatur.

[a] *Subtrahas.*

920 Siquid taxandum aut culpandum est, nè clàm fiat, sed coram, in os: ídque parrhesiâ, prout sentis, modò tempestivè & sine amarulentia.

921 Ab amicitia nihil alienius assentatione.

922 Cernis crimen? nè dissimula: commonefacito, increpa, objurga: etenim cur non cernere simules?

923 Si proximus deliquit, commone eum errati, apertè corripe, & corige: delinquenti adulari & palpari, versipellium impostorum est.

924 Siquis utilia loquitur atque ad rem, assentire & consenti: si inutilia aut aliena à re, nè assentare.

925 al-

courſt thou [r] *comeſt out with anie pleaſant matter, let them bee wittie jeſts* [ſquibs,] *not ſcoffing taunts: glance at* [allude,] *but do not* [f] *gird: do not provoke* [abuſe in ill terms] *anie of them that are preſent: do not ſlander nor backbite anie of them that are abſent.*

[r] Intermingleſt, put'ſt in.
[f] Quip, twitch, carp.

917 *For to brawl, to ſcold and* [t] *brabble about trifles, is the faſhion of* [u] *downs* [ſwains, countrie-hobs] *and barretors* [jangling companions:] *to charge with a crime, to appeach* [inform againſt] *is the guiſ of promooters, whiſperers* [u] [make-bates,] *informers* [tell-tales,] *(who ſet even the neereſt friends together by the ears:) to diſquiet, to rate* or ſhake up, *of praters* [brawlers] *and baſe* [foul-mouth'd] *ſcoffers: to rail at* [revile] *and* * *reproach, of ſneaking knaves, raskals, varlets, rake-hels, branded rogues.*

[t] Jangle, brangle.
[u] Carls, churls.
[u] Pick-thanks.
* To affront.

CHAP. 94. Of Fair-dealing [*plain-meaning.*]

918 *LOok with whomſoever thou converſeſt or haſt neer acquaintance* [alliance,] *bee open* [plain-dealing] *to him without craft* [guil] *and deceit. For what a poor honor is it to betraie, beguil, and deceiv a friend?*

919 *Get thee a faithful companion, and bee* [x] *faithful to him:* [a] *filch* [pick, pilfer, nim] *nothing from him by ſtealth* [ſneakingly] *without his knowledg: attempt nothing to his prejudice* [harm:] *for hee that dealeth* [x] *treacherouſly, plotteth* [practiſeth, worketh] *deſtruction to himſelf.*

[x] Loial.
[a] Get, lurch, or withdraw nothing privily.
[x] Diſloially.

920 *If anie thing deſerveth to bee taxed or blamed, let it not bee done covertly* [cloſely, in a corner,] *but in his preſence, and to his face: and that with ſpeaking freely, juſt as you think: ſo it bee ſeaſonably, and without bitterneſs.*

921 *Nothing is more* [b] *unbeſeeming* [unmeet for] *friendſhip then flatterie.*

[b] Miſ becoming.

922 *Seeſt thou a fault? do not take no notice of it,* but admoniſh, *rebuke, chide: for why ſhouldeſt thou make as if thou ſaweſt it not?*

923 *If a neighbor hath failed,* [c] *tell him of his ſcape, take him up plainly, and ſet him aright again: It is the part of turn-coat coozeners* [cheaters] *to flatter* [gloſe] *and ſooth up one that doth amiſs.*

[c] Advertiſe, warn

924 *If anie one ſpeaketh things uſeful, and to the purpoſe, yield to him, and agree with him* [x]: *if unprofitable and* * *nothing to the purpoſe, do not flatter* [ſmooth him up, ſaie as hee ſaies.]

[x] Be of his minde
* Wide from the matter.

925 *Cogging* [ſoothing] *and craftie fair ſhews belong to cunning companions: ſmooth complementing*[e], *curious curſie* [congies] *crouching cringes, and ſuch like fawning*[f] *fooleries, belong to claw-backs and pick-thanks*[g]: do *thou all things fairly*, [open-heartedly,] *unfeignedly*, and in good ſooth.

926 *Bluſh not, neither bee ſhamefac'd to bee knowe of the truth, as thou art privie to it: for why wouldeſt thou bee ſworn* [brought upon thy oath?]

927 *Shew not thy ſelf familiar with them, of whoſe fair-dealing thou haſt yet had no trial: otherwiſe, by beeing too familiar, thou ſhalt run into contempt.*

928 *Do not fawn upon ſtrangers* [perſons unknown,] *leſt they think thee to collogue* [currie favor] *or uſe wiles to entrap them*

f Court-holie-water.
e Toies.
g That will faie anie thing to pleaſ.

CHAP. 95. Of a Scholar's courſ of life.

929 HEE *that is at leiſure from emploiments, at ſtoln time* [gotten by ſnatches,] *let them go to a merrie companion: yet* [a] *viſit not him that* [b] *cannot abide to look on thee, meddle not with him.*

930 *Count it no diſgrace to thee, of what ſort, countrie, or degree thy beloved companion bee, noble* [nobly bred,] *or unnoble* [baſe, of a mean birth *:] ſo that hee bee an* [c] *honeſt man, and agree to thy diſpoſition. Join not thy ſelf with men of an ill name.*

931 *Shun bad companie, and diſordered* [ill-governed] *acquaintance, that is good for nought: for they taint* [mar] *and corrupt* a man's *conditions.*

932 *Good ſcholars take delight in walking out, whether they bee to meditate* [muze] *or talk* [d] *together.*

933 *When they have taken a few turns, or when it is tedious* [wearifom] *to fetch a walk in the ſun ſhine, they ſit down in the ſhade*, or ſhadow.

934 *Surely it is a goodly and prettie thing, to bee able to parlie* [confer] *with thoſe that are far aſunder, and to certifie them of anie thing, not by meſſengers* †, *but by ſending them a letter.*

935 *The antients wrote in wooden*[e] *tables waxed over, (that it might bee raſed, ſcraped, blotted out) and with them they ſent letter carriers: clean white paper** *is fitter for our uſe* [ſtand's us better in ſtead:] *for ink ſinketh thorow brown paper.*

a Go not to ſee.
b Like's not thy companie [*the ſight of thee.*]
* Or anie upſtart, newly raiſed: the firſt of the houſ
c Thriftie.
d Commune.
† Who have a reward beſtowed on them for bringing glad tideings, or *good news*, by word of mouth.
e Boards
* Not the paper ruſh that grow's naturally in Egypt, whoſe ſtalk they ſlived into verie thin flakes or ſheets (that long ſince is grown out of uſe:) but that which is made by art, of linnen rags laid a ſoking, ſhred in pieces, *into little bits*, beaten ſmall, *or quaſh't*, &c.

936 *When*

925 Palpum & offuciæ ſubdolorum ſunt: blandimenta, * obſequioſæ geſticulationes & venerabundæ, & hujuſcemodi adulatoria nugamenta, ſunt adulatorum [*aſſentatorum*] & palpatorum †: tu candidè & ſincerè omnia.

* *Aulica cerimonia.*

† *Qui ad gratiam loquuntur.*

926 Veritatem ingenuè fateri nè erubeſcas, neque verecundator, ut ejuſdem conſcius es: cur enim adjurari velis?

927 Quorum tibi nondum exploratus eſt candor, familiarem te non exhibebis: cæteróquin ex nimia familiaritate contemptum incurres.

928 Ignotis blandiri noli, nè te lenocinari ſibíque inſidiari exiſtiment.

CAP. 95. *De Converſatione erudita.*

929 CUi ab occupationibus vacat, tempore [a] ſucciſivo, vadat ad congerronem: eum tamen, cui inviſus es, nè inviſas, miſſum facias.

a *Subſecivo.*

930 Cujus ſit dilectus ſodalis; & nobilis an ignobilis [b], ignominiæ tibi nè ducas: dummodo ſit frugi, atque ad ingenium tuum congruat: Infamibus [c] nè te conjungas.

b *An novus homo.*

c *Qui malè audiunt.*

931 Pravorum conſortium & ſodalitia diſſoluta ac nauci devita: vitiant enim & depravant mores.

932 Docti [d] deambulationibus delectantur, ſive meditandum eſt, ſive confabulandum.

d *Bonis literis exculti.*

933 Cum aliquot ſpatia confecerint, vel cum in aprico ſpatiari tæſum eſt, conſidetur in umbra.

934 Næ pulchrum & ſcitum eſt, cum diſſitis colloqui & quidvis ſignificare poſſe, non per nuntios [e] ſed per literas ad eos datas.

e *Qui ſi ore tenus latè nunciant, evangelio donantur.*

935 Antiqui in tabellis ceratis (ut deleri, eradi, aut deleri poſſet) exarabant, & cum iis tabellarios mittebant [*legabant:*] nobis commodiùs inſervit papyrus [f] pura: nam [g] bibula tranſmittit [*bibulam penetrat*] atramentum.

f *Nonqua in Ægypto naſcitur, cujus ſcapum in tenues phalyras ſimulas divellebant (illa jampridem in deſuetudinem abiit:) ſed factitia è linteolis maceratis, fruſtillatim concisis, minutim contuſis, &c.*

g *Emporetica.*

936 Epiſtola complicata, nè legi queat, niſi ab eo cui deſtinatur, ſigillo obſignatur, reſignanda (niſi intercipiatur) illi ad quem inſcriptio ſpectat.

937 Cognomen intus ſubſcribitur.

938 Schedula non ſigillatur.

CAP. 96. *De Ludicris.*

939 NE labeſcant fragiles vires aut elangueſcant, quandoque ceſſa & à ſeriis abſiſte; & cum coætaneis (diſpares enim colluſores non benè ſociantur) defatigatum te relaxa oblectamentis.

940 Alius alio ducitur ſtudio. Sunt quos ſpectacula delectant: at commotio vegetat, torporémque excutit.

941 Facetiis, dicteriis, ac ænigmatibus certare, ingeniosum eſt: pilâ datim miſsâ[a], ſphæra & conis, globulis, empusâ, par impar, myindâ, aſtragaliſmo, vel trocho [*turbine,*] ſclopo, vel igne miſſili, puerile[b]: Chartis luſoriis, talis, teſſeris, aleâ, [c] fritillo, aleatorium: latrunculis, operoſum.

a *Vel reticulo in ſphariſterio.*
b *Quibus luſitant puelli.*
c *Ubi monas, dias, trias* [ternio] *quaterno, pentas, ſenio, heptas, enneas, decas: alii jactus labentur felices, alii infelices.*

942 Ubi ſiquis ad incitas cõmpelliatur, actum eſt de eo: cedat.

943 Laſcivi ac calamiſtrati ſaltatores ſaltent & ſubſultim tripudient, ſéque chorcis, ſaltationibus ac tripudiis exerceant. Choragus [*præſultor*] chorum ductitat.

944 Grallator [*grallipes*] grallis greſſus ſpatioſos divaricat.

945 Petauriſtæ ac funambuli, papæ! quàm audaces & confidentes ſunt!

946 Curſores in ſtadio à carceribus ad metam curriculo feſtinant, & primus brabêum [*bravium*] aufert.

947 Alii ſignant lineam, quam ſimul ac attigerunt, ſi conſiſtunt illico, ſponſionem depoſitam [*factam*] evincunt: qui [g] ultra procurrerit, aut citra eam ſubſtiterit, ludum perdit.

g *Præcurrerit.*

948 In circo [*hyppodromo*] equitando; in cataclromo [h] haſtiludio: in [i] agône luctando & reluctando, uter alterum ſupplantaret [*conſiceret*] concertant.

h *Trojæ luſus; imaginarius prælii.*
i *Xyſto.*

949 Gla-

936 *When a letter is foulded up, that it may not bee read but by him to whom it is intended* [ſent:] *it is ſealed with a ſeal: and, if it bee not intercepted* [taken up by the waie,] *it is to bee* [f] *broken up by him to whom the ſuperſcription* [g] *belongeth.*

937 *The ſurname is under-written within.*

938 *A ſcroll* [ſhort note] *is not ſealed.*

f Vnſealed.

g Is directed.

CHAP. 96. Of Sports and Paſtimes.

939 *REſt ſomtimes, and* [“] *give over earneſt buſineſſes (for fear thy frail* [brittle] *ſtrength ſhould faint* [decaie,] *or wax feeble:) and when thou art wearied, refreſh thy ſelf at ſom* [a] *ſports, together with thoſe that are of the ſame age: for plaie-fellows that are not matches are no fit companions.*

“ Ceaſ from.

a Pleaſant paſtims.

940 *Som take delight in one exerciſe, ſom in another. There are ſom that take pleaſure in viewing of ſight: but ſtirring enliveneth* [quickneth,] *and ſhake's off heavineſs* [liſtleſneſs to do anie thing.]

941 *To ſtrive who ſhall get the better in merrie conceits, quips,* [frumps] *and riddles, is a wittie thing: to plaie at ſtool ball* * [hand-ball,] *at ſcale-bones, at bowls, at* [c] *fox in the hole, at even and od, at blinde man-buff* [blinde-hob,] *at cockal, or with a top or gyg, with a pot-gun or ſquib,* this *is childiſh* [boie's plaie:] *To plaie at cards, tables, dice, or anie game of hazzard* †, *with a dice-box or a pair of tables, this is the trick of a gameſter: to plaie at cheſs, is toilſom.*

* Or with a racket in a tenniſ-court (*bowling allie.*)

c Hopping on one leg.

d Such as boies and giils or modders plaie at.

† Ace, deus, tray, cater, ſink, ſize, ſeventh, eigth, ninth, tenth: ſom are counted lucky throws (*caſts,*) ſom unluckie.

942 *Where if anie one bee ſet, hee* [e] *is out, let him give up.*

e Hath loſt, is undon.

943 *Let wantons and* [f] *ſpruce dancers friſk,* hop, *and caper, and exerciſe themſelves in dancings* [morrices,] *vaultings and trippings. The* [g] *fore-man* or ring-leader *lead's the dance.*

f Frizled, tricked.

g Dancing-maſter

944 *Hee that goeth on ſcathes,* [h] *ſtalketh out wide, ſtride's with his ſtilts* or ſcotches.

h Strideth, ſtradleth.

945 *O ſtrange! how bold and ventrous are tumblers, and they that dance on a rope!*

946 *Runners in a race run with all ſpeed from the liſts* [barrs] *to the goal, and the firſt carrieth away the prize.*

947 *Others mark out a line: and as ſoon as they touch it, if forthwith they ſtand ſtill, they win the wager that is* [“] *laid* [the ſtakes ſtaked down:] *hee that ſhall run beyond, or* [i] *ſtop before hee com at it, loſeth the game.*

“ Bet.

i Com ſhort of the ſide.

948 *In the horſ-race men ſtrive one with another at riding* [runing horſ-races, courſing:] *in the tilt-yard at* [k] *runing a tilt: in the wreſtling-place, at wreſtling & ſtrugling whether ſhould ſtrike up the other's heels.*

k Juſts, tournament.

949 [l] *Sword-*

l Swash-bucklers

949 l *Sword-plaiers, fencers* [champions,] *combat in the artillerie-yard, the maſter of fence beeing their director.*

m Blade it.
" Somtimes one, somtimes the other.
n Overcometh, get's the better.

950 *when two* m *fight at ſharp, it is a ſingle combat: where* " *by turns, the one challengeth* [bid's defiance,] *let's flie* [offer's to ſtrike,] *and giveth the blow; the other voideth* it, *wardeth it off, and fenceth it: but hee* n *vanquiſheth that hitteth* [ſtriketh home:] *hee that is foiled, yield's himſelf vanquiſhed* [give's up the bucklers.]

* Whoſe fingers are alwaies fidling, and never lie ſtill.
o That will know a man's minde by his look.
p Gulleries.

951 *A Juggler* * *by the nimbleneſs of his action dazleth the eie-ſight of the ſtanders by: but they are ſleights* [tricks of lejerdemain,] *not miracles. Kimiſts,* o *phyſiognomers, figure-caſters* [that calculate nativities,] *fortune-tellers* [gypſies, that have skill in palmeſtrie,] *and other runagates of the ſame ſtamp, that wander up and down the countrie, by their* p *cheating tricks, gull ſimple folk of their monie.*

952 *A ſtage-player acteth the perſon of another man, and plaieth interludes* [ſtage-plaies.]

953 *A Comedie doth lively ſet forth an intangled* [troubleſom] *ſtate* of a buſineſs, *but with a joiful upſhot: a Tragedie hath a ſad* [ſorrowful] *ending.*

954 *The ſtage is the open view, the tyring* [with-drawing]-*room* (*out of which they com forth on the ſtage to act*) *is vailed* [over-hanged] *with curtains, provided of attire* [furniture] *for the actors, and not to bee ſeen of the lookers on* †, *unleſs the hanging bee drawn aſide.*

† Who cheer up or incourage ſom of the actors; and others they hiſs of the ſtage.
q Mummers.

955 *They keep Bacchus's-feaſt* [ſhrovetide,] *becing masked* q, *or diſguiſed with vizzards on.*

CHAP. 97. Of Death and Burial.

956 A *Deadly ſnoring or ſnorting is an accident properly befalling men that are readie to die. They that lie a drawing on, are given over for dead* [as paſt hope of life.]

a Periſhing, decaying.
b Where is that man?

957 *O yee* a *mortal men! b What one of a thouſand among you make's account, that upon this moment* here, *depindeth everlaſting time?*

958 *For as ſoon as thou ſhalt have given up the ghoſt, the ſoul ſhall immediately* [out of hand] *flit* [remove] *to heaven, or to the torments of hell.*

959 *A dead corſ beeing ſet forth with funeral rites, (that is, embalmed, lapt up in a winding ſheet, put in a coffin, clad in mourning, and laid on a bier) is carried out to the burying by the bearers.*

960 *The*

949 Gladiatores & pugiles [*athletæ*] in palæſtra congrediuntur, directore laniſtâ.

950 Cùm duo digladiantur, duellum eſt: ubi [k] alternatim, alter provocat, ictum intentat & infert; alter declinat, inhibet & propulſat: vincit autem qui infligit: victus [l] dat manus.

k *Provicet, alternis vicibus.*

l *Herbam porrigit.*

951 Geſticulator * [*agyrta, præſtigiator*] actionis volubilitate aciem ſpectatoris præſtringit: ſed præſtigiæ ſunt, non miracula. Ciniflones, phyſiognomi [*metopoſcopi,*] genethliaci, chiromantici, & ejuſdem [m] monetæ erroues ac circulatores, impoſturis ſuis popellum argento emungunt.

* *Chironomus, cui digiti argutantur.*

m *Farina, furfuris.*

952 Mimus [*hiſtrio*] perſonam alterius effingit [*exprimit*] & fabulas agit.

953 Comœdia perplexum actum repræſentat, ſed cum jucunda cataſtrophe: Tragœdia triſtum exitum.

954 Theatrum in propatulo eſt: Scena (unde acturi prodibant in proſcenium) ſipariis velatur, choragio ſcenico inſtructa: nec ſpectatoribus † conſpicua, niſi diducto peripetaſmate [*cortinâ.*]

† *Qui actorum aliis applaudunt, alios explodunt & exſibilant.*

955 Bacchanalia peragunt [n] larvati [*larvâ ſeu perſonâ obvoluti.*]

n *Perſonati.*

CAP. 97. *De Morte & Sepulturâ.*

956 MOribundorum ſpeciale ſymptoma eſt ſtertos [*rhoncus*] lethalis. De iis, qui animam agunt, conclamatum eſt.

957 O mortales! quotuſquiſque veſtrûm reputat, ab hoc puncto æternitatum [*omne ævum*] pendere?

958 Namut [a] exſpiraveris, confeſtim [*extemplo*] anima ad cœlos vel tartara migrabit.

a *Efflaveris animam.*

959 Funus funeſtis ritibus adornatum (id eſt, pollinctum amiculo ferali involutum, capulo conditum, lugubriter [*veſte pullâ, lugubri,*] indutum [b] ſandapilæ [*ioculo, feretro*] impoſitum) à veſpilonibus effertur.

b *Pullatum.*

960 Fi-

c *Polyandrium.*

960 Fiunt [*celebrantur*] exequiæ [*inferiæ*] c cœmeterium versùs pompâ funebri.

